





B  
76143  
32











Ao Meu Dileito Professor de  
Botanica, e Presado e Viceadeiro  
TENTAMEN  
DISPOSITIONIS METHODICAE

# FUNGORUM

IN  
CLASSES, ORDINES  
GENERA ET FAMILIAS.  
CUM  
SUPPLEMENTO ADJECTO.  
AUCTORE  
C. H. PERSOON.

LUSITANORUM BOTANICORUM  
IN USUM:  
CELSISSIMI AC POTENTISSIMI  
LUSITANIAE  
PRINCIPIS REGENTIS,  
ET JUSSU, ET AUSPICIIS  
DENUO TYPIS MANDATUM,  
CURANTE  
FR. JOSEPHO MARIANO VELOSO.

D.º Julio An-  
Gusto Hen-  
riques.  
Offreco.

16 de Dezem-  
bro de 1915

Zélio Cardoso



7 May

ULYSSIPONE,

TYPOGRAPHIA DOMUS LITTERARIAE AD ARCUM CAECI.

ANNO M. DCCC.

UNIVERSIDADE DE COIMBRA

INSTITUTO BOTÂNICO

(BIBLIOTECA) 19 JUN 1928

REGISTRO DE ENTRADA

N.º DB-338 ANO 1928



DISPOSITIONIS MENTIS  
HUNORUM  
IN  
CIVICIS ORDINES  
GENERA ET TEMPLIS  
CIVI  
SUPPLEMENTA VITÆ  
AESTIVÆ  
C. E. TANCOON

INSTITUTIONIS POLITICARUM  
IN USIBUS  
ETISSIMIS AD TOTIUS SISTIN  
LUSITANIAE  
PRINCIPIS HEGEMONIS  
TERRIS, PLATAS  
ET ASTRALIS TERRAM  
QUADRATA  
ER. JOSEPHO MALLIO AENAE

DISPOSITIONIS  
MENSI  
VITÆ  
AESTIVÆ

## P R A E F A T I O.

## P R A E F A T I O.

**H**AECCE Tractatio jam cum *Novo promptuario botanico* a cl. edito, cui quoque inserta, eorum in gratiam, qui plantis cryptogamicis præcipuam navant operam, seorsim typis exarata fuit, verum certis de causis non prius in lucem prodiit, quam Bibliopola, nunc hancce editionem pecunia sibi acquirens, eam foras dare constituit. De serotina promulgatione hoc ut præmonerem, omnino fuit necessarium.

Si ulla regni vegetabilis pars adhuc non sat-  
tis culta merito æstumetur, hoc de ultima plan-  
tarum classe, in primis vero de fungis valet,  
hinc ab eo tempore quo commemoratum Prom-  
tuarium editum fuit, post examen accuratius  
institutum, assiduasque indagationes, nonnula-  
et emendanda et locupletanda veniebant,  
quæ nunc *Supplementi* ad instar huic commen-  
tationi sub finem adjecta sunt; hinc nova illic  
proposita genera novasque divisiones æquo ar-  
tis peritorum judicio quoque subjicere vellim.

Simul et nonnullas fungorum species in diversis *Annalium botanicorum* fasciculis a me descriptas cum differentiis specificis, hinc inde emendatis, amplis vero descriptionibus, nec non synonymis brevitatis causa omissis, hic quoque recensui, ut partim fungorum examini inserviant, partim ut illi, qui forte hocce *Diarium*, unicuique botanices cultori ceterum utilissimum, haud possident, observationes illas sparsas hic conjunctas habeant.

Dabam Gottingæ 14 die Mensis Octobr. 1766.

DISPOSITIO  
METHODICA FUNGORUM,  
IN  
CLASSES, ORDINES,

FAMILIAS, ET GENERA

SECUNDUM FORMAM, SITUM, PROPORTIONEM

ET

SUBSTANTIAM PARTIUM DIVERSARUM FUNGUM

CONSTITUENTIUM.

---

CLASSIS PRIMA.

ANGIOTHECIUM.

**R**eceptaculo ( s. ipso fungo ), clauso, intus thecas inconspicuas gerente, aut pulvere spermatico repleto.

ORDO PRIMUS.

SCLEROCARPUM.

Perithecio duro rigido, intus gelatinoso.

I. SPHÆRIA.

*Clavato* s. sphærulis subrotundis (humectatis) gelatina fluida refertis.

a. *Sphærulis in Stromate stipitato ut plurimum elevato nidulantibus.*

\* *Stromate substantia molli subfragili.*

*S. militaris.* Clav. militaris L. S. *ophioglossoides* Ehrh. Clay. *radicosa* Bull. champ. p. 440, fig. 11. A \*\*



- \*\* Stromate substantia suberosa tenace.
- S. *carcharias* Weig. S. *digitata* Clav. *digitata* Linn. etc.
- S. *bulbosa*, ramosa subcompressa, radice bulbosa (in pinetis ad terram.)
- b. *Sphaerulis superficiem Stromatis acaulis ambientibus.*
- S. *rubiformis*, magna nigra subrotunda; *sphaerulis globosis* prominulis.
- Hypoxylon *granulosum* Bull. (ad trunços; nonnaunquam subeffusa observatur).
- S. *cohærens*, gregaria, nuda, planiuscula, confluens; *sphaerulis subprominulis nigrescentibus*. (ad trunços).
- S. *ocellata*, erumpens, sparsa, obconica, nigrescente fuliginea; *sphaerulis subprominulis*. Variol. *mendogramma* Bull. Hab. ad ram. fagi sylvat. frequens. (In seriem oblongam subparallelam sæpius crescens).
- c. *Sphaerulis subtus nudis, superne et lateribus carne Stromatis tectis.* (Sph. *bullata*, *disciformis* Hoffm.)
- S. *quercina*, erumpens, orbicularis; ostiolis prominulis quadrigonis. (in ram. querc.)
- S. *avellanæ*, erumpens, subrotunda; ostiolis latitantibus (pass. in ram. Coryl. avel.)
- d. *Sphaerulis in Stromate conico subcarneo latitantibus; ostiolis subapproximatis.*  
(Sph. *nivea* Hoffm., in Flora danica etiam sub nomine: *Lichen rosaceus obvia*.)
- S. *chrysosperma*, gelatina in cirrhos flexuosos flavos prominent. (In ram. popul.)
- S. *tiliae*, subrumpens, glabra, ampullæformis; ostiolis inconspicuis; gelatina albida (freq. hyeme ad ramos tiliæ). S.

*S. prunastri*, ostiolis spinulosis erumpentibus approximatis subquadrigonis. ( In prun. spin. ram. )

e. *Sphærulis Stromate distincto orbatis*, in circulum digestis, tectis ostiolis sibi appropinquatis, erumpentibus. ( Sph. divergens Tode; Sph. coronata Hoffm. ).

*S. pulchella*, sphærulis compressis: ostiolis longissimis flexuosis. Hab. ad ramos pruni cerasi.

*S. faginea*, circinnata ostiolis subhamatis asperis. ( Copios. in ramor. fag. sylv. cortice, qui hinc saepe colore fulvo-rubro tinctus est. )

*S. betuli*, circinnata, ostiolis globosis papillatis. ( Freq. ad ramos. aridos Carpin. Betuli. )

f. *Sphærulis primo subsolitariis demum connatis*, in seriem digestis carneque destitutis.

*S. spinosa*, late effusa, ostiolis spinulosis quadrigonis. ( Ad truncos. )

*S. uda*, difformis oblonga colliculosa, s. sphærulis inæqualiter prominulis.

Prov. in ligno quercino exsiccatō locis humidis dejecto.

g. *Sphærulis inter se liberis Stromati carnoso crassiusculo impositis.*

( Sph. decidua, cucurbitala Tode. )

*S. decolorans*, rubro-fusca, pallescens, sphærulis granulosis. ( ad ram. Acer. plat. )

*S. Berberidis*, sphærulis rimoso-rugosis, ostiolis latitantibus ( in ram. Berb. vulg. )

h. *Sphærulis solitaris sparsis Stromate destitutis.* ( simplices Auct. )

\* Ostiolo latitudinem sphærulæ æquante.

*S. pileata* ostiolo orbiculari obconico. Sph. ma-

*crostoma* E. pileata Tode Fung. Fasc. 2. p. 13.  
*S. cristata*, gregaria, ostiolo compresso (freq. in culmo Arund. phragm.)

\*\* Ostiolo teretiusculo spinuloso. *S. longitudine Sphaerulæ aut hanc superante.*  
 (Sph. *acuta* Hoffm. *rostrata* Tode.)

*S. subulata*, simplex, laevis; nuda ostiolo longissimo flexili.

In ligno quercino non infrequens (primo observata Dr. Schrader, plantarum indagatore exactissimo.)

*S. solani*, torta laevis, ostilio erumpente nudo filiformi.

Prov. autumno sub epidermide tuberum solani *tuberosi* putrefactorum vere satorum.

\*\*\* Ostiolo simpliciter prominente, sphaerula breviore.

*S. Xylostii*, atro-inquinans, Sphaerulis immersis, ostiolo demum perforato.

Ad Lonic. *Xylostii* adhuc semivivi ramos, quos distantia quadam gregarie ambit colore que nigro tingit.

*S. fimetarii*, fimetaria, ostiolo oblongo subobliquo (freq. in fim. vacc. et equin.)

\*\*\*\* Ostiolo latitante.

(Sph. *tristis* Tode.)

*S. circumscissa*, sparsa, tecta, parte superiore villoso-membranacea evanescente. (pass. ad ram. Sorb. Aucup.)

## 2. XYLOMA.

*Perithecio* suborbiculari depresso, intus carnoso, superne vario modo demum rupto.

*X. Salcinum*, crassum tuberculatum intus ali-

bi-

bidum in frustula polyædra demum ruptum.  
tab. 2, fig. 4, (Freq. ad folia Salic. in prim.  
*Capreæ.*)  
X. *Acerinum* tenuë rivulosum in labia flexuosa  
dehiscens. Sph. *maculæformis* Ehrh.

*Obs.* Ob sphærularum et gelatinæ fluidæ his  
inclusæ defectum *Sphæriis* nequaquam sunt  
adnumeranda hæc vegetabilia, substantia in-  
terna, uti et in sequente genere, carnosa-gé-  
latinosa quidem est; verum microscopio indi-  
cante ex thecis receptaculo adnatis, ni fallor,  
constat, et de *X. salicino* observavi, illud tem-  
pore vernali nec non pluvioso semina tali m-  
odo elastice protrudere, qualis *pezizarum* mos  
est.

### 3. HYSTERIUM Tode.

*Perithecio* solitario (rigido) rima longitudi-  
nali dehiscente.

*H. pulicare*, nudum, gregarium, longitudinali-  
ter striatum (in cortice querc.)

*H. fraxini*, erumpens, læve, labiis tumidulis.  
(in ram. frax. excels.)

### ORDO SECUNDUS.

#### DERMATOCARPUM.

*Receptaculo* (et thecis) ut plurimum membra-  
naceo, filis, pulvereque referto.

### SUBORDO PRIMUS.

Pulvere spermatico filis intertexto.

\* Filis intus ubique adnatis.

## 4. G E A S T R U M.

*Pilei* cortice externe stellatim fisso, demum reflexo: ore piloso.

*G. rufescens*, radio multifido rufescenti, pileo globoso sessili pallidiore.

Schæff. fung. Bav. tab. 182. (in pinetis)

*G. quadrifidum* pileo pedicellato, radio subquadridido. Schæff. l. c. tab. 183. Schmiedel icones et analys. plantarum tab. 37. fig. 1, et 2.

*G. multifidum* pileo pedicellato, radio multifido.

V. A. Schmied. l. c. tab. 37. fig. 12-14.

B. Schmied. l. c. tab. 46.

*Obs. radius* seu cortex pilei stellatim reflexus perperam pro volva, quæ tenuis est, totum inexplicatum fungum circumdat, et demum evanescit, venditatus.

## 5. B O V I S T A.

Cortice exteriore libero evanescente, pileo acauli demum glaberrimo, vertice irregulariter rupto.

*B. nigrescens*: Licop. *globosum* bolt. fung. grow, about. Halif. tab. 118. Lyc. *defossum* Batsch. Prov. non infreq. in pratis montosis.

*Obs.* Cortex albidus, demum per partes solutus et evanescens, volva, pro qua ab aliis sumta non videtur, externe enim hinc inde verrucis obtectus.

## 6. T U L O S T O M A.

Velo squamuoso, pilei (pedicellati) ore distincto cartilagineo.

*T. brumale*, Lycop. *peduncul.* Linn.

Prov. tempore brumali ad muros, sepes etc.

T.

*T. imbricatum*, stípite squamis densis imbricato Lycop. 11. Mich. gen. pl. tab. 97. fig. 7. an distincta species?

7. LYCOPERDON.

*Pileo* caulescente, vertice irregulariter rupto, verrucis polyædris (velo) obsito.

*L. Bovista* Schæff. fung. tab. 191. Lycop. excipuliforme umbonatum, gemmatum etc.

*L. pratense*, caule breviusculo pileo subrotundocandido. Lyc. cepœforme Bull.

*L. nigrescens*, sordide albidum, verrucis nigrescentibus. (in sylv. ad terram.)

*L. pyriforme*, cinereum Batt. fung. Arrimin. Tab. XXI. Fig. E.

8. HYPOGEUM.

*Velo* nullo, cortice suberoso tessellato.

*H. cervinum*, Lycop. *cervinum* L.

9. LYCOGALA

*Pileo* subrotundo membranaceo lævi, massa seminali primo pulposa, liquecente, demum pulverulenta filis pilosis raris intertexta (in truncis parasitica).

*L. miniata* gregaria, globosa, primo miniata, demum livida, pulvere roseo. Lycop. *epidendrum* L. Schæff. fung. t. 193.

*L. argentea* magna subhemisphærica, colore argenteo. Lycop. griseum, majus, Mich. gen. pl. tab. 95. fig. 1. Muc. *Lycogalus* Bolt?

*Obs.* Caveas ne nonnullas species juniores e generibus: Stemonitis, Trichia, Diderma, etc. huc revoces, quæ hoc in statu sæpe totæ pulposæ sunt, sed structura interna differunt, etiam eorum fila seminifera diversis affixa sunt locis.

Fu-

## 10. FULIGO.

Effusa subhemisphærica, primo pulposa, deum subfurfuraceo fibrosa fibris latiusculis per massam seminalem reticulatim penetrantibus.  
*F. flava*, cellulosa, flava. Reticul. *lutea* Bull.  
*F. rufa*, cortice rugoso fragili subcompacto rufo. Mucilago æstiva etc. Michel. tab. 96, fig. 1?

Prov. æstate ad truncos, ut plurimum irregularis subdepressa, juniores subrotundæ læviusculæ.

## 11. SPUMARIA.

Effusa, *thecis* ramoso cornutis, conglomera-  
tis, tegmine spongioso furfuraceo cinctis.

*S. mucilago* tab. 1, fig. 1. (ad truncos, stipites.)

*Obs.* Spumam equinam e longinquo mentitur.  
 Tegumentum candidum subtus membranace-  
um, cui insident thecæ cæsiæ.

## 12. PHYSARUM.

*Thecis* externe subfarinaceis, filis parieti interno stylidioque adnexis, latitantibus.

*Ph. aureum*, theca lentiformi umbilicata aurea,  
stipite cylindrico. tab. 1. fig. 6. (ad truncos  
passim.)

*Ph. porphyrospermum*, stipitatum, theca  
lenticulari subgranulosa albida; pulvere pur-  
purascente. *Mucor violaceus* Leers. (ad  
truncos fagineos, quercinos.)

*Ph. melanospermum*, stipitatum, theca subro-  
tunda cinereo-albida subvillosa, pulvère ni-  
gro (ad stip. et folia abietina.)

*Ph. hyalinum* theca inflata lævi albida, stipi-  
te flaccido rufescente. tab. 1. fig. 2. (passim  
ad truncos.)

*Ph.*

*Ph. cinereum*, acaule, cinereum. *Lycop. cinereum* Batsch. Elench. fung. fig. 169.  
\*\* Filis basi adnatis.

## 13. D I D E R M A.

*Theca* fragili cortice duplice inter se distante instructa; filis parcis: stylidio subrotundo adnatis, latitantibus.

*D. floriforme*, stipitatum, cortice exteriore stel-  
latim fisco reflexo, stylidio magno obconico.  
--- *Sphærocarp. floriformis* Bull. champ. franc.  
tab. 371.

Semel elegantem hancce speciem autumno,  
ad truncum his in regionibus observavi.

*D. globosum*, acaule, leve, globosum, candi-  
dum. tab. IV. fig. 4, et 5. (ad folia putrida.)

*D. contortum*, acaule depresso, candidum,  
sulcis concentricis. (autumno ad muscos.)

*D. difforme*, acaule, lave, difforme, candidum.  
Reticul. *angulata* in Linn. system. nat. ed.  
Gmel. p. 1472, n. 12.

*Obs.* An etiam hic spectat *Lycoperdon fragile* Dicks.? Stemontis mea *Leucocephala* (in  
Linn. syst. nat. ed. Gmel.) inter hoc et Arcyriæ  
genus ambigit.

## 14. T R I C H I A.

*Theca* simplici varia irregulariter demum ru-  
pta, capillito compacto basi adnato, ut pluri-  
num elastice sese expandente.

\* *theca turbinata*.

*T. Botrytis*, fasciculata, chalybea, thecis tur-  
binatis stipite brevioribus.

*T. rubiformis*, fasciculata chalybea, thecis tur-  
B bi-

- binatis, stipitibus longioribus. tab. IV, fig. 3.  
 6. et tab. I. Fig. 3. (lente aucta) ad truncos.  
*T. clavata*, solitaria, stipitata, turbinata, flava (ad trunc. pass.)  
*T. ovata*, acaulis conferta, turbinata, flava.  
 Clath. *turbinatus* Bolt. fung. tab. 94, fig. 3.  
 \*\* *thecis subrotundis.*  
*T. savoginea*, Lycop. *sagovin.* batsch.  
*T. varia*, Stem. *varia* in Linn. syst. nat. ed.  
 Gmel. Mich. gen. pl. Lycogala 4. tab. 95, fig. 4.  
 \*\*\* *thecis teretiusculsi repentibus.*  
*T. reticulata*, reticulata ramosa flava. (Lycop.  
 lumbrič. Batsch.)  
 Hisce in locis a Dom. Heyder inventa, mihi  
 que benevole communicata.  
*T. serpula*, elongata, simplicissima. (Scop. sub  
 mucore.)

## 15. ARCTRIA.

- Theca* demum circumscissa, parte supera  
 fugaci; parte infera persistente, subtus stricta.  
*A. punicea*, gregaria, punicea. Embol. *erectus* Barsch. Elench. fung. fig. 176.  
*A. flava*, parca, flava. Trichia *nutans* Bull. es-  
 tat. pass. ad trunc. ad 6 --- 8 Individua cresc.  
*A. albida*, sparsa, cinereo-albida. tab. 1, fig. 2.  
 Trichia *cineræ* Bull. champ. pl. 477, fig. m.

## 16. STEMONITIS.

Cortice toto fugaci, *capillitio* stipitem ci-  
 gente eique adfixo.

- \* *Stipite per totum capillitium penetrante.*  
 (Stem. fusca, typhina.)  
*S. papillata* nigrescente-fusca, capillitio globo-  
 so tab. IV. fig. 3, a tab. 1. fig. (autumn. ad ram.  
 querc.)

\*\*

\*\* Stipite ad dimidium penetrante, capillitio, ut plurimum rotundo.

S. atrofusca, sparsa, stipite subulato atro, capillitio subovato fusco. (æstat. et autumn. post. pluv. non infreq.)

### 17. C R I B R A R I A.

Cortice subevanescente, capillitio expanso reticulatim semina ambiente, stipitis apici affixo.

C. rufescens, subturbinata rufescens, stipite flexuoso. tab. fig. 5. Autumn. pass. ad terram et ad trunc.

C. Argillacea, Stem Argill. in L. S. N. ed. Gm. (in falic. capr. ram.)

### SUBORDO SECUNDUS.

Pulvere filis orbato.

### 20. T U B U L I N A.

Thecis tæretiusculis oblongis subconnatis, membranæ expansæ impositis.

T. fragiformis, primo subcarnosa rubra, deum ferruginea. Stemonitis ferrug. Batsch. El. fung. t. 175.

*Obs.* Thecis utriculiformibus ipsum fungum constituentibus nomen *Tubulifera*, uti in *Flora Danica* nec non in Jacquinii Miscellaneis occurrit, utpote Ideæ minus rectæ occasionem præbens, in aptius mutari necessarium esse duxi.

### 21. P Y R E N I U M.

Theca membranacea, seminibus conglobatis subgelatinosis. B 2 P.

P. *terrestre*. Tode fung. Meklenburg. tab. 6.

22. TRICHODERMA

- Pulvere farinaceo tegmine tomentoso cincto.  
 T. *viride*, subrotundum efusumque, pulvere  
 viridi, villo albido. --- Pyrenium *lignorum*  
 Tode var. A.  
 T. *cæsum*, subefusum, pulvere nigrescente,  
 villo cæsio. Prov. ad trunc. aridos (Fraxin.  
 excels., querc.)  
 T. *aureum* subrotundum, totum aureum. (Py-  
 ren. lign. T. var. B.)  
 T. *roseum*, majusculum subrotundum, roseum.

23. AECIDIUM.

Thecis manifestis membranaceis, pulvere fa-  
 rinaceo repletis, apice demum ore dentato ru-  
 ptis, in foliis parasiticis.

\* *Cespitosum s. thecis in cespitem conglom-  
 eratis maculamque crustæformem sæ-  
 pe diversicolorem efficientibus.*

(Aecidium cornutum, cancellatum rumicis  
 etc.)

Ae. *orobi*, cespitosum ovatum album, pulve-  
 re flavo (in orob. tuber.)

Ae. *Tussilaginis*, cespitosum flavescente pur-  
 pureum, thecis sub prominulis, pulvere au-  
 rantio.

*Obs.* Differentiam hancce specificam, utpote  
 naturæ magis consentaneam. Loco ejusdem in  
 Linn. S. N. ed. Gmel. a me communicatæ su-  
 mendam esse observatione eductus: --- sic quo-  
 que nomen triviale Ae. evonymi in Ae. cras-  
 sum (frequentius enim in Rhamno *Frangula*  
 provenit) mutandum velim. \*\*,

\*\* *Simplex seu thecis sparsis solitariis. (Aecidium pini, Euphorbiæ.)*  
*Ae. Falcariorum, simplex, flavum, ore profundo dentato, laciniis latiusculis suberectis. (In fol. Sii falc.)*

## 24. U R E D O.

*Pulvere farinaceo theca orbato sub foliorum caulinque epidermide effuso, hac demum margine lævi rupta.*

(Huc referendæ species divisionis tertiae in L. S. N. p. 1473. et forte nonnullæ ex divisione secunda; quæ vero ulteriori observationi sunt subjiciendæ.

*U. Helioscopioe, sparsa, globosa, flava. (freq. in fol. Euph. Heliosc.)*

*U. Fabæ subrotunda, fusca. In fol. viciæ fabæ.*

Var. oblonga sublinearis in caule ejusdem. Pulvis epidermide bullata thecæ instar inclusus.

*U. Rosæ, orbicularis flava albo-marginata. cop. in fol. rosæ centifoliæ, epidermis in formam thecæ albidae prominula pulverem cingit.*

*U. alnea effusa, depressa latitante rufa. freq. sub epidermide Betul. Alni.*

*Obs.* Plures de hocce genere in medium adhuc proferre possem species non solum colore diversas, sed diversa sub forma effusas demumque vario modo erumpentes, et imprimis, si ad diversas, in quibus proveniunt, plantas respiciamus. Forte et *Ustilagines* ad hocce genus pertinent, aut proprium efficiunt genus; verum cl. Bulliard (Hist. de Champ. de la France. p. 90.) affirmat, pulverem illum nigrum non solum filis intertextum, sed et thecæ inclusum esse, quod mihi vero adhuc observare non contigit.

## 25. STILEOSPORA.

Pulvere seminali cohærente, inquinante nigro, sub ramorum epidermide effuso demum (humectato) profluente. S. *Asterospora*--seminibus stellatis.

S. *Macrospora*--seminibus oblongatis tab. 3. fig. 13.

S. *Sphaerospora*--seminibus subrotundis. Variol. *Sphaerospora* Bull. champ. pl. 492, fig. 11?

*Obs.* Cum veri non dissimile sit, uti supra jam memoratum, hancce lentam atram eramis exsudantem materiam reapse ex thecis ipsis constare: tum differentiæ genericæ et specificæ non satis recte erant adumbratae. Verum exactiores hac de re mihi instituendæ erunt observationes, priusquam certi quid et indubitate statuam, partem etiam ad facilitandam scientiam tales investigare characteres determinatu facillimos, necessarium mihi visum fuit. Monendum adhuc restat, differentias specificas ad formam sub microscopio composito exhibitam esse delineatas.

## 26. MUCOR

*Perulis globosis integris primum aquoso pellicidis, demum opacis granulosis stipitem dichotomum terminantibus.*

M. *flavidus* lutescens demum griseus.

Elegans haecce plantula frequens provenit fungis putrefactis domi asservatis, initio autumni.

## 27. HYDROPHORA Tode.

*Perulis globosis solitariis integris primo aquosis, demum opacis levibus stipiti simplici insidentibus.*

*H. mucedo cespitosa*, stipite albido, perula nigrigressente. (In variis corporibus putridis.)

### 28. MUCEDO.

*Perula inflata* ore rotundo circa stipitem dehiscente.

*M. grisea*. Ascoph. *Mucedo* Tod. fung. Mecklenb. tab. III. fig. 22.

Prov. in variis corpor. putridis imprimis intra nuees Jugl. regiae locis suffoc asservat. (Semina ovata intus proferens.)

### ORDO TERTIUS.

#### SARCOCARPUM.

*Perithecio per totam substantiam carnoso solido.*

### 29. TUBER.

Subrotundum, substantia intus venis distincta.

*T. verrucosum*. Lycop. *Tuber*. Linn. Mich. gen. pl. tab. 102.

### 30. SCLEROTIUM. Tode.

Forma varia, substantia intus laevi.

*S. brassicæ*, oblongum, subdepressum, intus punctis nigrescentibus.

Prov. hyeme intra folia brassicæ oleraceæ putrida domi asservata. Distinctissima species a Sclerotio Semine Tode, quod forma gaudet exacte rotunda centro intus subexcavato, ut plurimum quoque occurrit media hyeme, in foliis populi nigrae humidis et subputridis, nec non ad caules aridos et semi-putridos Solani tuberosi. *S. quercinum*, sparsum, subhemisphæricum

con-

convexo planum ex ochraceo nigrum (fol. quercinis subimmersum provenit).

S. *Lacunosum*, subterraneum, rotundisculum, lacunosum, nigrum. (Tab. III. Fig. 7.)

*Obs.* Huic speciei singularem et a forma vulgaris aberrantem observavi agaricorum speciem innascentem, quam brevibus describam verbis. Sit *Agaricus racemosus pileo membranaceo umbonato, stipitibusque racemoso griseis, lamellis albis* — (tab. III. f. 8.) Stip. 2. uncias longus, ad latera ubique pedicellos simplices capitulo aquoso pellucido terminatos exserit, ut plurimum pileo destitutus (Fig. 8. a) hinc e longinquo racemo *Ribis fructibus* orbato non absimilis.

Forte hæc species pro varietate monstrosa alicujus Agarici, an Agar. tuberosi Bull.? est habenda.

### CLASSIS SECUNDA.

#### GYMNOTHECIUM.

*Receptaculo* (ipso fungo) aperto, certa in parte thecas proferente, aut latice seminifero aut pruina seminali obtecto.

### ORDO QUARTUS.

#### SARCOTHECIUM.

*Receptaculo* vario, vesiculas solidas carnosas liberas gerente.

31. *PILOBOLUS*. *Tode*.

32. *THÆLÆBOLUS* *T.*

33. *SPHÆROBOLUS* *T.*

34. *CYATHUS* *Hall.*

*Obs.* Omnibus fere hujus ordinis generibus hoc

hoc solemne est, quod dum maturescunt, vesiculos vi quadam elastica a se depellunt. Genus vero *Cyathus* hac in re exceptionem continere videtur. Interea sequentia observandi occasio se mihi præbuit: Vesiculos hasce lenticiformes enim apud *Cyathum crucibulum* Hoffm. veg. crypt. Fasc. II. tab. VIII. fig. I. ad manus latitudinem e ramis vicinis pendentes reperi. Quæ corpora paulum gravia, vel per fungum ipsum, vel aliam per vim illuc dejecta sint, necesse est.

### ORDO QUINTUS.

#### LITO THECUM.

*Receptaculo* vario; thecis in liquamen viscidum s. laticem solutis obtecto.

- 35. VOLUTELLA Tode.
- 36. MYROTHECUM T.
- 37. TUBERCULARIA T.
- 38. PHALLUS.

*Volva* membranacea, *pileo* subconico reticulato-celluloso integerrimo.  
*Ph. impudicus* Linn.

#### 39. CLATHRUS.

*Volva* membranacea, *pileo* subrotundo sessili ramis anastomosantibus.

*C. ruber*. Clathr. cancell. L. Bull. champ. t. 441.

#### 40. LEOTIA.

*Pileo* subrotundo lævi, margine infexo, undulato.

*L. lubrica*. Elvela lubrica Scop. fl. carn. n. 1639.

C (Ex-

(Exclus. citat. Schæff. --- Bull. champ. pl. 473.  
fig. 2.

*ORDO SEXTUS.*

*HYMENOTRECIUM.*

*Receptaculo* ut plurimum carnosò membra-  
næ (*Hymenio*) ex thecis in seriem digestis con-  
stanti, toto adnexo.

A. *Hymenio* ut plurimum in plicas oblon-  
gas s. laminae prominente

41. *AGARICUS.*

*Hymenio* lamellosò: lamellis subsimplicibus  
rectis.

§. Pileo hemispherico integro stipite centrali.

a. *Pileo subcarnoso; stipite basi volva mem-  
branaceo cincto, apice nudo.*

Ag. *virgatus*, cespitosus pileo conico cinereo  
nigroque virgato, lamellis confertis roseo  
brunneis. -- Ag. *valvaceus* Bulliard, qui hanc  
ce speciem in terris gallicis invenit; his ve-  
ro in regionibus forte ob clima acerbius in  
vaporariis eam solummodo observavi.

b. *Pileo sub carnoso, glabro, aut verrucis  
dissimilibus obsito; basi volva manifesta,  
apice annulo instructo.* (Ag. *vernalis* Bolt.)

Ag. *Mappa* etc )

c. *Pileo subcarnoso verrucis subrotundis  
æqualibus obtecto, stipite basi volva ob-  
literata, apice annulato.*

Ag. *muscarius* L.

d. *Pileo carnoso ut plurimum squammoso,  
stipite simpliciter annulato.*

\* *Solitarii, stipite subbulboso, lamellis libe-  
ris, s. stipiti non adnexis* (Ag.

(*Ag. procerus*; *conspurcatus* Willd. *cristatus*.  
Bolt.)

\*\* *Solitarii stipite subbulboso lamellis ad-*  
*natis.*

*Ag. guttatus*. Abbildungen der Schwamme.

*Ag. campestris* L. *Ag. asper*. Abbild. d. Schw.

*Ag. carcharias*, pileo convexo umbonato, gra-  
nuloso, incarnato, lamellis distinctis albidis,  
stipite solido squamuoso, pileo concolore  
(in pinetis elegans hæcce species prov.)

\*\* *Cespitosi s. ubi plura individua cespiti-*  
*bus efformant, stipite subæquali* (ut  
plurimum in truncis paras.)

*Ag. Polymyces*, cespitosus, pileo umbonato  
pilosо-squamoso lvescente-ochraceo; lamel-  
lis subdecurrentibus pallescente-albis, stipi-  
te solido conico olivaceo-cinereo.

*Obs.* Per totum autumnum copiose provenit  
ad truncos subputridos, cespitem nonnunquam  
a 40 ad 60 individua efformans; passim etiam  
ad terram, sed in truncorum vicinitate subso-  
litarie observatur, magnam pulveris albidi co-  
piam farinæ ad instar secernit. A variis aucto-  
ribus variis indutus nominibus: Sic *Ag. putri-*  
*dus scopolio* audit, sub nomine: *Ag. obscurus*,  
*Schæfferus* eum pingendum curavit; ut *Ag.*  
*melleus* in *Flora danica* occurrit; sub nomi-  
ne: *Ag. annularius*, inter elegantes *Bulliard*  
icones locum occupat. *Ag. congregatum Bol-*  
*tonius* eum appellavit, et ni falor *Ag. fusco-*  
*pallidus* ejusdem vix specie differt.

*Ag. caudicinus*, cespitosus ferrugineus, pileo  
subcarnoso umbonato glabro, lamellis sub-  
decurrentibus; stipite squamuoso. (ab æstate

in autumnum usque ad truncoſ provenit.)

*Obs.* b. Schæffer. (fung. bav. tab. IX.) mutabilem eum nuncupavit, sed male, quoad formam enim et colorem nullam prorsus subit mutationem, hinc denominationem Germanorum: *Stockschwamm*, quibus etiam nonnullis in regionibus edulis est, imitans, nomen jam inditum adhibui.

e. *Pileo carnoſo, lamellis emarginato-adnexis, demum cinnamomeis, stipite ut plurimum bulboso velato s. annullo in fila arachnoidea fīſſo.* (Plerumque ad terram et solitarie proveniunt hujus familiæ agarici.)

Huc spectant Ag. *violaceus, viscidus, cinnamomeus* L. (Schæff. fung. tab. IV.) Batsch. elench. tab. XXIII. fig. 117.) Ag. *turbanus* Bull. *sanguineus* Wulf. et sic porro.

Ag. *harcynicus*, obscure violaceus, pileo umbonato piloso-squamoso; lamellis pulverulentis, stipite longo solido cæruleſcente, (in pinetis locis montosis harcynicis prope Schwarzfels et Clausthal eum obſervavi; pileo squamoso stipiteque longiore ab Ag. *violaceo* Linn. differt.)

f. *Pileo carnoſo squamoso aut margine tomentoso, stipite cortinato s. simpliciter squamoso aut tomentoso.*

Ag. *Myomyces*, gregarius, pileo carnoſo umbonato, squamoso cinereo, lamellis stipiteque glabro albidis. An Ag. *terreus* Schæff. fung. tab. LXIV?

(Copioſe autumno in ſylvis ad terram.)

\*\* *Pileo tomentoso, stipite squamoso, aut to-*

- tomentoso, nudo.* (Ag. *involutus, atro-tomentosus* Batsch. Ag. *Jozzolus* Scop.)
- Ag. *Prunulus*, pileo sub depresso flexuoso cæsio-candido: lamellis confertis incarnato-pallidis, stipite brevissimo crasso albo-tomentoso. Ag. *prunulus* Scop. *albellus* Schæff. fung. tab. 78. copios. aest. et autumno in faginetis etc. Odor exakte farinaceus.
- Ag. *Lycoperdoides*, pileo subgloboso tomentoso cervino, laniellis subgelatinosis crassis sub-prominulis cæsiis -- Bull. fung. pl. 519, f. 1. (in agaricis putridis singularis hæcce species semper provenit.)
- Ag. *rubescens*, pileo planiusculo, margine revoluto tomentoso albo disco rubescente, lamellis distantibus subdecurrentibus, stipite sursum incrassato squamuoso pileo concalore (in faginetis.)
- g. *Pileo convexo stipiteque glabro nudo, lamellis siccis inœqualibus.*
- (Ag. *clypeatus* L.; *fusipes* Bull.; *coccineus* Schæff.)
- Ag. *grandis*, maximus pileo obtuso umbonato pallide lateritio, lamellis incarnato pallidis, stipite longo albido. (in faginetis.)
- Inter maximos numerandus, stipites 5. unc. longus, pileus 5 -- 6 uncias latus.
- Ag. *Leiopus*, gregarius, pileo convexo umbonato pallido diluteque badio, lamellis confertis candidis, stipite conico substriato rufescente glaberrimo.
- Copiose in pinetis autumn.; an Ag. *levipes* Bull.?
- Ag. *purus*, gregarius, pileo carnoso membran-

naceo roseo nitido, lamellis distinctis latiusculis stipiteque longo basi subvilloso dilutioribus. *Agaricus roseus* Bull. excluso synon. Schæff. prov. locis humidis in sylvis ad terram.

*Ag. cerinus*, mediocris, subgregarius obscure flavus, pileo carnoso planiusculo, lamellis confertis angustis, stipite brevi subsolido (in pinetis ad terram).

h. *Pileo infundibuliformi aut umbilicato lamellis inæqualibus siccis decurrentibus.*

*Obs.* An familia naturalis? nonnullæ species cortinatæ, denudatæ aliæ, hinc potius, ut subdivisions, familiis duabus præcedentibus inserendæ.

(*Ag. infundibulum* Leyss. s. *sordidus* Dicks. *Ag. cyathiformis* Bull. etc.

*Ag. lividus*, pileo umbilicato tenui plumbeo-livido lamellis roseis. Stipite cavo.

*Ag. cochleatus*, cespitosus, pileo contorto rufescente-ochraceo, lamellis serratis pallescente-albis; stipite sulcato rufo basi connato.

*Abbildungen der Schwamme 3tes Heft.*

V. maior pileo subcoriaceo. Prov. ad truncos fagineos.

*Ag. dentatus*, gregarius, pileo subhemispherico, umbilicato integro rufescente-ochraceo; lamellis dentatis pallidis, stipite sulcato rufo.

*Abbild der Schwamme 3tes Heft.* Ubi vero pileus nimis rufus et lamellæ nimis cinereæ sunt pictæ, et de quibus monitu necessarium, quod naturæ disconvenienter lamellæ fere omnes integræ s. longitudine æquales ex improviso sunt propositæ. -- Magnitudine, loco nat-

tali et pilei forma ab antecedente, de quo tamen fateri debo, me eum semel pileo integro, non contorto invenisse, differt; provenit in pinetis ad truncoS et passim solitarie ad terram.

*Ag. nigricans*, pileo carnoso depresso crasso nigrescente-olivaceo; lamellis crassiusculis inæqualibus pallidis; stipite solidi brevi basi pileo concolore. *Ag. nigricans* Bull.

Frequens in faginetis ad terram; demum quasi adustus perit; non confundendus cum specie quadam ex familia nunc sequente e gr. cuim *Agarico cynoxantho* aut *virescente* Schæff., quibus e longinquō non absimilis.

i. *Pileo carnoso depresso s. excavato marginē ut plurimum tuberculoso; lamellis omnibus integris s. longitudine æqualibus, siccis.*

(*Ag. Russulla* Scop.; *cynoxanthus, xerampelinus* Schæff.)

*Obs.* Linné omnes hujus familie species sub *Agarico* suo integro comprehendit. Alii vero jure eas distinxerunt et sub diversis enumera- runt nominibus. -- Cel. *Bulliard.* sub nomine: *ag. pectinatus*, plerasque species in una tabula iconibus pro more nitidis proposuit.

k. *Pileo carnoso depresso, lamellisque subramosis lactifluis.*

(*Ag. piperatus, lactifluus deliciosus* Linn.)

*Ag. incarnatus*, gregarius, pileo pallescente- incarnato: lamellis confertis stipiteque solido dilutioribus. (In sylvis fagineis, quod formam et colorem cum *Ag. subinvoluto* Batsch. convenit.)

1. *Pileo subcarnoso, lamellis nebulosis, s.  
ex fusco, viridi, cinereo nigrove varie-  
gatis, demum subdeliquescentibus.*

(Ag. *fasciculatus* Huds.: *lateritius* Schæff.; *se-  
miglobatus* Batsch.: *papilionaceus* Bull.)

\* Stipite annulato.

Ag. *velutinus*, subcespitosus, pileo hemisphæ-  
rico umbonato piloso-squamoso vaccino; la-  
mellis subdecurrentibus fusco-nebulosis mar-  
gine albido; stipite squamuloso pileo conco-  
lore. (Ad truncos autumno.)

Ag. *distans*, solitarius, pileo squamulose um-  
bonato ochraceo; lamellis nigrescentibus ex  
viridi-nebulosis; stipite longo squamoso, an-  
nulo infra medium stipitis adnexo. (Locis  
udis intra folia decidua prov Huic speciei sin-  
gulare, quod annulus non more solito sti-  
pitis apicem, sed basin versus locum occu-  
pat.)

\* Pileo carnosو-membranaceo; stipite ve-  
lato aut nudo.

Ag. *corrugis*, gregarius, pileo submembranaceo  
conico roseo demum corrugato. (Aest. post  
diurnas pluvias in hortis ad sæpes; in syl-  
vis etc.)

Videtur Ag. *subatratus* Batsch, et Ag. ejusd.  
tab. XVIII. fig. 91. vix specie differt.

m. *Pileo membranaceo, lamellisque nigres-  
cente- liquecentibus (fugaces.)*

\* Lamellis latis densis subintegris, stipite  
ut plurimum subannulato.

(Ag. *porcellaneus*, ovatus Schæff. *luridus*  
Bolt.)

\*\* Pileo subuplicato pellucido lamellis raris,  
alternis majoribus. (Ag.

(*Ag. cinereus*, Schæff. t. 100, qui verus *Ag. simetarius* Linn. videtur; lamellæ enim pileo lacero demum sunt flexuosa. -- *Ag. plicatus* Curt., *radiatus campanulatus* Bolt., *momen-*  
*taneus* Bull., *narcoticus* Batsch.)

n. *Pileo membranaceo plicato-striato pel-*  
*lucido, lamellisque inæqualibus arescen-*  
*tibus ( s. non deliquescentibus ) stipite*  
*nudo fistuloso.*

\* *Pileo umbonato.*

(*Ag. clarus* L., *griseus* Batsch., *galericulatus* Schæff., *tuberous* Bull.)

*Ag. tenacellus*, pileo hemisphærico umbonato,  
lamellisque albidis stipite corneo rufescente  
basi piloso. (initio hyemis in pinetis.).

*Ag. roseus*, gregarius, parvus, roseus, pileo  
striato papillato. (freq. aut. in pinetis.)

*Ag. vulgaris*, pileo papillato, demum subum-  
bilicato cinereo, lamellis albis arcuato-de-  
currentibus; stipite viscoso basi piloso sub-  
cinereo. (Autumno in pinetis nil copiosius.)

\*\* *Pileo umbilicato.*

(*Ag. fragilis* L.? Schæff. tab. 250. *Rotula* Scop.  
*Fibula* Bull.)

*Ag. Epiphytius*, Subcespitosus, pileo sub-  
umbilicato flavido, stipiteque sulfureo visci-  
do, lamellis albis (in pinetis ad stipites).  
Videtur etiam *Ag. Epiphytius* Scop. fl. carn.

p. 455. *huc pertinere.*

*Ag. Epichysium*, cinereo-nigricans, pileo in-  
fundibuliformi striato pellucido, lamellis dis-  
tinctis, stipite cylindrico, basi albido villoso.  
Hab. ad truncos (in salicibus cavis).

\*\*\* *Pileo simpliciter convexo.*

(*Ag. minitulus, tener* Schäff. etc.)

§§ *Pileo dimidiato lamellis ex latere pilei divergentibus.*

\* *Pileo carnoso crasso, stipite distincto laterali.*

*Ag. flabelliformis* Wulf. -- Schäff. fung. tab. 208. *acris* Bull. *Ag. ostreatus* Jacq.

*Ag. ochraceus* Wulf. *Ag. serotinus Abbildung. der Schwamme 3tes Heft.*

\*\* *Pileo tenui submembranaceo stipite subobliterato.*

*Ag. niveus* Jacq., *applicatus* Batsch.

*A. variabilis*, *gregarius* *pileo subtomentoso candido; lamellis demum rubiginosis* -- *Ag. sessilis* Bull.

\*\* *Pileo suberoso.*

(*A. alneus* L. -- Hoffm. nomencl. fungor. -- Batsch. Elench. fung. tab. 22. fig. 126. sub nomine, *Ag. multifidus*.)

#### 42. CANTARELLUS Juss.

*Pileo carnoso-membranaceo, plicis tumidulis venoso-dichotomis.*

(*C. edulis*, *Ag. cantarellus* L., *C. aurantius*. -- *Ag. aurant.* Wulf. *Ag. cantharelloides* Bull.)

*C. umbonatus*, *pileo umbonato stipiteque longo cinereo, plicis candidis.* -- *Ag. muscoides* Wulfsen.

*Obs.* *Pileo umbonato a consimilibus speciebus, quibus pileus ut plurimum est umbilicatus, aut infundibuliformis, facile dignoscitur.*

*C. cinereus*, *pileo squamuoso nigrescente margini-*

gine reflexo, plicis cinereis nitidis. (In fagi-  
netis e longinquo Pez. Cornucop.)

\*\* Pileo dimidiato submembranaceo.

C. *Retriruga* -- Bull. champ. pl. 498. fig. 1. ( sub  
Hevella.)

C. *crispus*, imbricatus, pileo subcoriaceo ru-  
fescente, margine albido, plicis crispis, al-  
bidis. (Pass. ad trunc. Coryl. avell. etc.)

#### 43. MERULIUS.

*Pileo* dimidiato fasciato; hymenio laminis,  
venis, tubulisque reticulato.

M. *quercinus*. M. *sepiarius* Schrank. (Schäff.  
fung. tab. 76 in ligno fabrefacto Pini abietis.)

M. *umbrinus*, subimbricatus tomentoso-hirsu-  
tus, dilute umbrinus subtus pallidus. (Ad  
trunc. querc.)

An *Boletus confragrosus* Bolt.?

B. *Hymenio in tubos ut plurimum æquales*  
*prominente.*

#### 44. BOLETUS.

*Pileo* manifesto subtus tubuloso: tubis tere-  
tiusculis connatis.

a. *Pileo carnoso molli a tubis facile se dis-  
jungente.*

B. *piperatus*, pileo carnoso flexuoso porisque  
majusculis, cinnamomeis stipite basi intusque  
flavo. (Frequens in pinetis, sapore acri.)

B. *piperatus* Bull. Bol. *ferruginatus* Batsch.

B. *circinnans*, gregarius, pileo crasso subre-  
pando stramineo, poris acutis, luteis, stipi-  
te tenuissimo brevi squamuloso flavido.

(Ad margines sylvarum abietinarum ad terram  
in circulum sex, octove pedes latum cres-  
cens.)

D 2

b.

b. *Pileo suberoso tubis arcte adnato.*

\* *Pileo hemisphærico integerrimo, stipite ut plurimum centrali.*

B. *infundibuliformis*, pileo suberoso infundibuliformi pallescente-livido, poris albidis; stipite subbulboso nigrescente. (In faginetis.)

B. *brumalis*, pileo convexo tenui cinereo-pallido margine ciliato; poris oblongis candidis  
-- *Bol. lacteus* Batsch. var a. Elench. fung. tab. 42.

Prov. ad trunc. Novemb. Decemb. mense.  
(Stipes centralis fibrillosus pileo concolore.)

\*\* *Pileo dimidiato; stipite laterali pileo subhorizontali.*

B. *Platyporus*, pileo suberoso ochraceo, disco squamisque umbrinis; poris maximis flexuosis pallescente-albis, stipite crasso nigrescente. -- Schæff. fung. tab. 101. fig. 2. An. Bol. *subsquamulosus* L.?

*Obs.* Ut plurimum pileo dimidiato hæcce species gaudet; una duabusque vicibus tamen interveni varietatem luxuriantem pileo integerrimo instructam, latitudine spithameam, stipes vero excentricus et subhorizontalis pro more fuit.

B. *giganteus*, imbricatus latissimus, pileo rivuloso læviuscule spadiceo; poris minutis pallidis.

Prov. ad trunco in locis in primis montosis, substancia subcarnosa, carne fibrosa; epidermis pilei in squamulas rivulosas dehiscit. Fungus hyemem non attingit, putrescit a spithamas nonnunquam latus.

\*\*\* *Pileo dimidiato acauli.*

B. *marginatus*, pileo dimidiato duro subtuber-

cu-

culoso ferrugineo : margine albido. -- Schæff.  
fung. tab. 138. (Ad truncos pini in Harcynia  
passim.)

B. *fuscus*, pileo suberoso tomentoso fusco ; po-  
ris albidis (Passim ad truncos fagi sylvat.)

*Obs.* Hæc ambæ species Bol. *igniaro* L. af-  
fines; sed hæc pileo tomentoso et substantia  
molliori ; illa in primis colore et loco natali  
differt.

#### 45. SISTOTREMA.

*Pileo suberoso ; tubis compressis variis (mar-  
gine) gyrosis, demum in dentes difformes la-  
ceris.*

S. *confluens*, gregarium, pallidum pileo sub-  
depresso flexuoso confluente ; dentibus de-  
currentibus albidis ; stipite brevissimo. -- Hy-  
dnum *sublamellosum* Bull. champ. pl. 453.  
fig. 1.

In faginetis et pinetis, ubi plura individua  
inter se confluentia et sæpe connata circuli ad  
instar ad terram proveniunt

S. *cinereum*, imbricatum, suberosum, pileo  
dimidiato hirsuto cinereo. -- Bol. *unicolor*  
Bull. (Copiose ad trunc. fag. sylvat.)

#### 46. PORIA.

*Effusa superna tubulosa, pileo oblitterato.*

P. *Medulla panis*. Jacq. ( sub Boleto.)

P. *Salicina* -- Bol. *Salicin.* in Linn. syst. nat.  
ed. Gmelin. (Non in frequens in salicibus ca-  
vis, quas intus sæpe tota obtegit.)

P. *fimbriata*, tenuis late effusa albida, mar-  
gine fibrillosa. (Intra truncos putridos.)

## 47. FISTULINA Bull.

*Pileo* (dimidiato) gelatinoso-suberoso; tubis liberis apice velo cinctis.

F. *Buglossum* -- Bull. champ. tab. 564. et 497  
Bol. *hepaticus* Schäff. fung. bav. tab. 216-120.

C. *Hymenio fibris subulatis echinato.*

## 48. HYDNUM.

*Pileo* manifesto simplici subtus echinato.

\* *Pileo* subhemisphærico stipite centrali.  
( *H. repandum*; *auriscalpium* L. )

\*\* *Pileo* dimidiato.

F. *cirratum*, *pileo imbricato*, *flexuoso* pallente albo, *cirris sparsis obsito*; *subulis longis tenuibus*. ( Passim ad caud. fag. ).

## 49. HERICUM.

Erectum ramosum: ramis ubique echinatis.  
H. *coralloides*. ( Willd. flor. Berol. -- Schäff. fung. bav. tab. 142. sub Hydno. )

## 50. ODONTIA.

Effusa superne echinata, *pileo* obliterato.

O. *ferruginea*, *tomentosa ferruginea*. ( Passim ad truncos putridos. )

O. *nivea*, late effusa alba, *margine byssino* *tubulis confertis brevibus integris* tab. 4. fig. 6. 7. ( Passim intra trunc putr. )

D. *Hymenio papilloso.*

## 51. STEREUM.

*Pileo* coriaceo dimidiato manifesto, ut plurimum fasciato.

( Thæ-

(*Thaelæphora hirsuta*; *mesenteriformis* Willd.

*Th. striata*; *variegata* Schrader.)

*St. purpureum*, imbricatum subgelatinosum  
tomentosum albidum, subtus purpureum.  
(Prov. ut plurimum ad trunc. Popul. Tremu-  
læ.)

*S. nitidum*, pileo imbricato pallido-griseo sub-  
striato nitido; subtus cinereo-pallido. (In pi-  
netis ad truncos.)

*St. rugosum*, pileo duro flexuoso, rugoso fus-  
co, subtus cinereo-pallido. (Ad trunc. fag.,  
quercus.)

#### 52. CORTICIUM.

*Pileo*. obliterato, hymenio effuso resupinato  
toto adnexo.

*C. polygonium*, *incarnatum*; papillis majuscu-  
lis polygoniis. (In ram. Pop. trem.)

*C. lœve*, alutaceo carneum, late effusum, lœ-  
vissimum, margine byssino. *Thaelæphora pa-  
pyracea* Schrader in Linn. Syst. nat. ed.  
*Gmelin.* 1441.

*Obs.* Juvenilis quidem orbiculata et papilla  
sæpe unica instructa, in adultis vero speci-  
minibus superficies tota lœvis est et papillæ eva-  
nescunt.

Prov. ad trunc. popul. trem. hyeme, tota lœ-  
vis.

*C. roseum*, subcorrugatum margine tomento-  
sum. (Ad trunc. popul. trem.)

*C. sambuci*, late effusum tenuissimum candi-  
dum. (Copiose ad trunc. Samb. nigræ.)

*C. cinereum*, *cinereum*, subrimosum. (Ad  
trunc. acer. camp., Samb.)

*C. aurantium*, oblongum crassiusculum. (Ad  
ramos rosæ caninæ.)

*Obs.*

*Obs.* Ob deflectentem plurium specierum novarum formam genus a Clar. Willd. nomine *Thaelæphora* optime insignitum in plura disjungendum erit, hancce denominationem utriusque generis speciebus convenientem cum veteri ab *Hillio* hisce fungis ex longo jam tempore adtributa compellatione : *Stereum* scilicet, uti ex præcedente genere apparet, commutare non abs re judicavi.

### 53. TREMELLA.

Effusa gelatinosa, hymenio plicato gyroso.

\* Hymenio reflexo cum stipite confluente.

T. *Mesenterica*. T. *meteorica* (in pratis temp. hyem.)

\*\* Effusæ horizontales.

T. *sagulum*, Retz, arborea Huds. Hoffm. veg. crypt. tab. VIII. fig. 1.

T. *glaucum*, effusa tenuis, cæsio-albida. (ad ramos Samb. racem. etc.)

*Obs.* Quæ primam efficiunt divisionem species, pileo conspicuo destitutæ sunt, utpote *Hymenium* in his cum stipite confluit, in speciebus vero ad subdivisionem secundam pertinentibus pileus *velo* squamuoso sese manifestat, hinc etiamsi substantia, etiam in multis aliis fungis observamus et superficie gyrosa convenientiunt, tamen forte ob pilei præsentiam seu absentiam et totam formam, quæ in divisione prima erecta magis intorta, in secunda vero depressa, genere sunt disjungenda. Hoc vero necessarium est ut alias fungorum species huic generi ob substantiam solummodo gelatinosam arefactione crispam et hoc in statu

vix amplius visibilem adglutinatas removeamus, et ut sive aliis generibus, cum quibus forma convenient, adscribamus, haud injustum erit, aut eas, si substantiae formæque simul rationem habeas, ad singula promoveri genera necesse est.

E. *Hymenio læviusculo.*

§. Pileo prono s. subtus semina portante.

54. *HELOTIUM Tode.*

*Pileo* prono hemisphærico convexo membranaceo subtus lævissimo.

*H. aciculare.* *Helvella acicularis* Bull. champ. t. 473. fig. 1.

Semel autumno ad truncos hanc speciem vidi, persistens est, sed colorem candidum exsiccata in rufum mutat.

55. *CRATERELLA.*

*Pileo* prono infundibuliformi integro.

*C. nigrescens*, gregaria; nigrescens: pileo membranaceo squamuloso. ( *Pez. cornucop.* L. Schæff. fung. t. 165.)

*Ob.* *C. cantarellis* quidem affinis; sed *Hymenium subrugosum* quidem, in plicas distinctum venosas nequaquam prominet.

*C. pallida*, gregaria, suberosa, pallida; pileo fibroso-squamoso. ( *Lewis humid. ad terram.* )

§. *Pileo* resupinato superne semina portante.

55. *PEZIA.*

*Cupula* crassiuscula hemisphærico- concava lævi; thecis inconspicuis adnatis

A. *Tremelosæ.*

*P. inquinans*, gregaria atro-inquinans, demum

E con-

convexa, extus rugosa subumbrinā. *Lycop.*  
*truncat.* L. (freq. ad trunc. querc. fagin.)

P. *gelatinosa* Bull. pl. 460 fig. 2.

*Obs.* Sub diversis nominibus et diversis generibus in botanicorum libris descripta prostat, quam synonymiam alio tempore in medium proferam. Si substantiæ et convexitatis cupulæ (quæ vero in adultis solummodo obtinet locum, juniores enim concavatæ sunt) rationem habeas, omnino parum a ceteris hujus generis speciebus aberrat; sed forma, velo, thecarum situ seminumque numero cum iis convenit. P. *succina*, erumpens, gelatinosa obconica, convexa succina. (Freq. in ram. arid. salicium.)

B. *Carnoso-membranaceæ*

a. *Majores*, pileo fragili nonnunquam contorto; velo subfurfuraceo.

P. *aurantia*. Schæff. fung. tab. 158. P. *macropus*. *Helvella hispida* Bolt. fung. t. III.

P. *abietina*, substipitata cinnamomea, cupula integerrima subflexuosa basi externe sublacinosa. (Autumn. in pin.)

P. *violacea*, subsessilis dilatata, purpureo-coeruleo. (Ad trunco putridos passim.)

b. *Cupulæ velo tomentoso intrincato hirsutæ.*

P. *lutescens*, gregaria tomentosa lutescente-olivacea, stipite brevissimo nigrescente. (In truncis.)

P. *sulphurea*, sessilis sparsa; cupula subglobosa, hirsuta sulphurea. (In stip. herbar.)

P. *hyalina*, sessilis gregaria aquoso-hyalina subpilosa. (Freq. autumn. ad trunc. putrid.)

Mi-

*Minutissima*, primo subglobosa, demum ex-planata, albida.

c. *Velo setoso*: *setis strictis marginem cupulæ superantibus.*

P. *scutellata*, Linn. s. *octospora hirta* Hedw.

P. *Hedwigii*, Octosp. *scutellata* Hedw. Desc.  
Musc. frondos. tom. II. tab. III. fig. I.

P. *papillata*, rubescens, disco papillata, mar-gine ciliata.

*Obs.* An hujus generis? per microscopium *Ascobolis* non absimilis; sed papillas nunquam dissilientes observavi. Provenit æstate in hyemem usque copiose supra sterlus vaccinum, puncta rubella e longinquo representans.

P. *atropæ*, substipitata obconica badia, pilis densis erectis. (In stipit. atrop. bellad.)

d. *Cupula margine velo dentiformi coro-nata.*

P. *coerulea* Bolt. fung. tab. 108. fig. 2. P. *corona-ta* Bull. fung. pl. 416. fig. V; *inflexa* Bolt. fung. tab. 106

e. *Cupula glabra velo manifesto destituta.*

P. *faginea*, minuta planiuscula albida; stipite brevissimo crasso. (Copiosa supra pericarp. aridum fag. sylv.).

P. *citrina*, stipite crasso brevi obconico. Octos-pora *citrina* Hedw.

P. *salicina*, sparsa ochracea; cupula flexuosa, stipite longiusculo cylindrico. (Ad ram. sicc. salicin.)

P. *sanguinea*, cupulis nigris glabris, tomento sanguineo insidentibus. (Ad truncos.)

C. *Coriaceæ*, ut plurimum *glabré*.

P. *compressa*, minuta, sparsa, subcompressa

- nigra. Prov. freq. ad trunc. arb. transversim.
- P. *populnea*, fasciculata, erumpens; cupulis sub compressis rugosis griseis. — Pez. *sphaeroides* Roth. bot. Annal. 1. Band. ( Freq. ad ram. )
- P. *prunastri*, fasciculata, stipitata, duriuscula, nigra. ( ad caud. et ramos Prun. domest. )
- P. *cerasi*, sparsa, solitaria erumpens nigra, subtus olivacea. ( in ramis exsiccatis pruni cerasi. )
- P. *ribesia*, fasciculata, nigrescente stipitata; cupula turbinata connivente.
- Passim in ramis exsiccatis Ribis *rubri*.

## 56. ASCOBOLUS.

*Cupula* carnosa hemisphaerica; thecis sparsis prominulis liberis demum dissilientibus.

A. *furfuraceus*, concavus fusco-viridis, externe furfuraceus.

a. Dilute viridis. Pez. *Stercor.* Bull. champ. tab. 376. fig. I.

b. Fuscus. Pez. *Stercor.* Bull. champ. tab. 438. fig. IV. Freq. in Stercore vaccino, æstate usque ad finem autumni post diurnas pluvias.

*Obs.* Sub nomine: Ascob. *pezizoides* jam cum Cel. *Gmelino* Syst. nat. communicavi; sed postea observans, alias hujus generis species eandem habere formam, cum pertinentiore commutare judicavi.

A. *glaber*, planiusculus, glaber, succinus. ( In simeto vaccin. )

*Obs.* Forma ludit varia obconica, doliformi convexa, applanata aut marginata.

A. *immersus*, sparsus; cupula immersa subconi-

nica furfuracea; thecis erumpentibus nudis.  
(In sterc. vaccino.)

*Obs.* Huic speciei singulare est, quod copulae loco natali totæ ita immersæ sunt, ut solummodo thecæ plerumque sibi approximatæ nudæ appareant.

#### 57. SOLENIA.

*Utriculo* sessili membranaceo, cylindrico, ad basin cavo.

*S. candida*, glabra, candida. (Vere in truncis putridis.)

#### 58. MORCHELLA Dill.

*Pileo* conico reticulato-lacunoso.

*M. esculenta* Phal. *esculentus* Linn.

#### 59. HELVELLA.

*Pileo* inflato difformi, utrinque subcompresso.

*H. mitra* L.; Schæff. fung. tab. CLIV.

*H. brunnea*. Schæff. fung. tab. CLVIII.

*H. albida*, pileo libero dilute fuligineo; stipite compresso lævi albido. — *Helv. Mitra* Boltr.? exclus. Synom. (In sylv. ad terram inter folia vere et autumn. )

#### 60. SPATHULARIA.

*Pileo* compresso utrinque in stipitem decurrente.

*S. flavida*. Helv. *spathul.* auct. Schæff. tab. 149.

#### 61. MITRULA.

*Pileo* conico lævi ad stipitem contracto.

*M. Heyderi*. (Autum. in pinetis ad terram.)

*Obs.* In memoriam Dom. Heyder, botanici indefessi, hancce speciem ab eo primo obser-

vatam, mihi que cum aliis non minus raris planis communicatam sic denominare velim.

## 62. GEOGLOSSUM.

*Pileo* subcompresso ligulato simplici stipiti contiguo breviore.

*G. Glabrum.* Clav. *ophiogloss.* L.

*G. hirsutum.* Clav. *atra* Schrad.

*G. lilacinum.* Clav. *atro-purpurea* Batsch.

*G. viride.* Clav. *viridis* Schrad., an Cl. *serpentina* Schrank?

## 63. CLAVARIA.

Elongata, tereti, simplici ramosoque stipite continuo.

## A. Ramosæ.

\* Trunco crassissimo, ramis omnibus simul sumptis æquali.

(Clav. *coralloides* L.; *acroporphryria* Sch.)

\*\* Trunco ramis etc. tenuiore.

*C. pyxidata*, cespitosa ramosa rufescente-fu-

liginea, ramis ramulisque in tubum dilatatis.  
(Aestate ad truncos a Dom. Heyder primo obseruata.)

*C. abietina*, ramosa alutacea, ramis acutis sub-

rugosis; stipite tenui, basi, radiculisque fibril-

losis niveis (in pinetis.)

*C. viscosa*, vitellina viscosa tenax, ramis, ra-

mulisque furcatis; trunco tenui radicato.

— Schæff. fung. bav. tab. 174. Clav. *fastigia-*

*ta* L.? (Ad trunc. pini abiet.)

*C. fimbriata*, albida, ramis subcompressis elon-

gatis: ramulis confertis cirratis. (In pinetis

Harcynicis passim.)

B.

## B. Simplices.

\* Cespitosæ s. ubi plures Clavulæ ex una basi proveniunt.

(*Clavariae* Mich. gen. plant. fig. 10 — 13.)

C. *fasciculata*, cespitosa aurea, clavulis subflexuosis attenuatis, basi cohærentibus. — Clav. *pistillaris* Bolt. fung. exclus. syn. tab. 110 (In faginetis.)

C. *flavipes*, cespitosa, clavulis subfalcatis acuminatis pallidis; stipitibus nitente-flavis. (In locis mont. gramin.)

## \*\* Solitariæ-

C. *Erythropus*, simplex parva, clavula candida tereti; stipite longo badio subglabro. — Clav. *gyrans* Bolt. t. 112. exclus. Synon. (in stipitibus.)

C. *falcata*, simplex, candida, clavula fulcata; stipite pellucido. (Freq. in faginetis ad terram locis humidis.)

C. *herbarum*, minuta, gregaria, lanceolata, nigrescente-olivacea. (Vere ad stipites herbarum majorum.)

## 64. PUCCINIA.

*Clavulis* duris caudatis isthmis interceptis.

P. *mucronata*, gregaria, clavula cylindrica mucronata.

Var. a. rosæ tab. 111. fig. 5 a in fol. rosæ.

Var. b. rubi — — — 5 b. in fol. rubi.

*Obs.* *Ascophora limbiflora* et *disciflora* Tode fung. Mecklenb. fasc. 1. huc pertinent, receptaculum vero, cuius in descriptionibus fit mentio, *Aecidii* s. *Unedinis* species esse videtur.

P. *Juniperi*, cespitosa conica — clavulis ova-

ovatis — *Puccinia* n. 1. Mich. gen. pl. tab. 92.  
fig. 1.

*Obs.* Fungus polymorphus, singularis, dubius,  
*Sphaeriarum* more e cortice prorumpit conve-  
xus, subrotundus; dein formam acquirit ut  
plurimum conicam, colore adhuc badio rece-  
ptaculoque spongioso praeditus. Tandem decum-  
bit et difformis fit, undique pulvere obsitus cro-  
ceo; demum gelatinosus, glaber et hoc in sta-  
tu sub nomine: *Tremella* nonnullis botanicis  
notus.

Nescio quo modo talem subeat metamor-  
phosin. An pulvis croceus quo in stadio secun-  
do tectus, e clavulis ruptis ortus fuerit? An Re-  
ceptaculum demum totum fiat gelatinosum?  
*P.* *Circææ*, cespitosa, globosa dilute badia, —  
clavulis ovato-acuminatis. tab. 111, fig. 4. (In  
fol. Circ. Iutet.)

*P. graminis*, conferta, linearis-effusa, clavulis tur-  
binatis. tab. III. fig. 31. (cop. in fol. graminis.)  
*P. Polygoni*, linearis-effusa, clavulis subglobo-  
sis. tab. III. fig. I, (in stip. Polyg. avic.)

*Obs.* Characteres generici et specifici de cla-  
vularum forma, quali sese sub microscopio  
monstrant, sumti sunt. — Hasce clavulas non-  
numquam articulatim se disjungentes notavi;  
forsitan intus portant semina, aut in ea partim  
dissolvuntur, externe enim sunt glabrae, pel-  
lucidæ et tunc ad ordinem tertiam hi fungilli  
sunt amandandi, aut si eas ut vesiculos cauda lo-  
co natali adnatas receptaculoque proprio des-  
titutas, vesiculis generis *Cyathi* analogas res-  
picias, non male sub ordine quarto milita-  
re possunt; verum Pucciniam *graminis* adhuc  
qui-

quidem juvenilem externe pulvere flavido ob-  
tectam observavi et ob habitum hocce genus  
meliorum hic sortitur locum.

## 65. A S C O P H O R A.

*Clavulis membranaceis inflatis. Ascoph. ova-*  
*lis, cylindrica. Tode.*

66. S T I L B U M. *Tode.*

*Capitulo* subrotundo solido, primum diapha-  
no demum opaco.

S. *hirsutum*, persistens, stipite ochraceo pilo-  
sissimo: pilis erectis strictis. (Ad trunc.)

S. *citrinum*, subfusciculare molle, palescente-  
citrinum. (Vere ad trunc.)

S. *Micropus*, gregarium late effusum album,  
capitulo sub turbinato; stipite brevissimo pel-  
lucido. (Ad truncos.)

## 67. A E G E R I T A.

Fungilli acaules granulæ formes solidi pulve-  
rulentí.

Ae. *candida*, gregaria, lævis, candida. (freq.  
in truncis alneis siccis, imprimis adustis.)

Ae. *pallida*, sparsa subtuberculosa pallida. (Ad  
Cortic. quercum.)

## O R D O S E P T I M U S.

## N E M A T O T H E C I U M.

*Receptaculo* in lacinias filiformes vario modo  
dissecto. (*Fungi byssoides*.)

## 68. B O T R Y T I S.

Erecta dichotoma globulis rotundis conglö-  
meratis terminata.

F

B.

- B. *cinerascens*, sparsum ramosum ex albido cinerascens. tab. 3. fig. 9. (In fol. putrid. brass. olerac.)
- B. *spicata*, ramosa, grisea spiculis geminis ovatis. — Mich. gen. pl. tab. 91. fig. 4.
- B. *simplex*, alba simplex, spiculis radiatis. — Mich. gen. pl. tab. 91. fig. I.

## 69. MONILIA.

Erecta, filis moniliformibus capitulum constituentibus.

- M. *aurea*; cespitosa aurea; (in Linn. Syst. nat. ed. Gmel. exclus. Sin. Hal — Asperg. 2. Mich.)
- M. *rosea*, cespitosa rosea. — Batsch. fung. tab. XII. fig. 58.
- M. *glauca*, cespitosa, cinereo-glaucia — Asperg. I. Mich. gen. pl. tab. 91. fig. 1. (Variis in corp. putrid.)
- M. *candida*, sparsa candida subpersistens. — Asperg. 4. Mich. tab. 91. fig. 2.

## 70. ASPERGILLUS.

Filis moniliformibus rectis digitatis, stipitem terminantibus.

- A. *racemosa*; nigrescens, stipite racemoso. — Mich. gen. plant. tab. 91, fig. 6.
- A. *simplex*, glaucus, stipite simplice. Mucor. *penicillatus* Bull. — Mich. gen. pl. tab. 91. fig. 3.

## 71. ISARIA.

Erecta subramosa, pilis densis lăvibus pulverulentis obsita. I.

- I. *mucida* ramosa mollis subdepressa candida.  
— Clav. *Puccinia* Batsch. — *Puccinia* Mich.  
tab. XCII. fig. 2. (In pinetis.)
- I. *agaricina*, subramosa, rigida, candida. tab.  
111. fig. 6. (Freq. in Agar. putrid. exsiccatis.)

## 72. DEMATIUM.

*Filis* subfasciculatis erectis pulverulentis.

\* *Rigida* subfasciculata.

- D. *aureum*, ferrugineo-flavum, apicibus molibus. — *Byssus barbata* Huds.?
- D. *articulatum*, gregarium fasciculatum, setulis divergentibus articulatis tab. IV. fig. 2.  
Ad stipites herbarum (Alii) et ad folia decidue provenit.
- \*\* *Molliora* cespitem latum efformantia.
- D. *abietinum*, cespitosum, cespitulis conglobatis flavo-cinnamomeis. (Freq. in cort. pin. abiet.)
- D. *virescens*, cespitosum, subfarinaceum virescente-olivaceum. (Freq. vere imprim. ad ram. putrid.)

## 73. HIMANTIA.

*Repens* subvillosa ex basi ramosissima.

- H. *umbrina*, subfibrosa, ramea dilatata umbrina. (Inter cort. et ling. pin. abiet.)
- H. *sulphurea*, intricata, teres sulphurea.. (Ad truncos.)
- H. *albida*, teres apice dilatata albida.
- Obs.* Forte Rhizomorpha capillaris Roth. hoc pertinet. Sed adhuc sub judice his est, utrum  
F 2 Ph.

Rhizom. *fragilis* Roth. (bot. Annal. 1, Stück) fungis sit adnumeranda, an cum aliis Lichenibus radiciformibus ut plurimum subterraneis (Lich. *aidælus*, *pinnatus*, *verticillatus*. Humb. flor. friberg. Specim.) algis adscribenda. Etiam si nulla adhuc individua fructibus manifestis inventa sint, tamen uti et alii fungi ob superficiem glabram, nitidam, fragilem externe semina non portare videtur.

In Rhizomorpha fragili sequentia observare mihi licuit: Intra truncum putridum locis humidis dejectum specimina fasciculos villosos substipitatos, et uti videtur pulverulentis sparsim exserentia reperi; exactiore indagatione instituta, fasciculi hi ex medulla villosa tali modo prominente constituerunt. Ne illico statuam, hos fasciculos ipsos fuisse fructus, similitudinem cum aliis Lichenibus in memoriam revocare velim, quibus scutellarum discus plerumque antea crustæ inmersus, demum vero diverso modo in superficie erumpit.

#### 74. M E S E N T E R I C A . Tode.

Repens venosa solida gelatinoso-cornea.  
M. *succina*, subcompressa, nodosa, succina.  
(Intra cortic. et trunc. et ad ram. putrid.)

#### 75. E R I N E U M .

Filis rigidis crispis cavis in cespitolum conglomeratis. (In foliis parasiticum.)  
E. *acerinum*, depresso latiusculum fuscum.  
Mucor *ferrugineus* Bull.? Videtur, sed de filis

lis affirmat seminibus rotundis ea esse repleta,  
quod mihi adhuc non observare contigit.

Prov. freq. in fol. Acer. platanoid. et pseudoplatani. E. *pyrinum*, oblongum spadiceum,  
tab. 4, fig. 1.

Hab. in foliis Pyri *mali sylvestris* autumn.

*Obs.* Parum hæsitavi, an hæce apparitio in  
foliis reapse vegetabilibus sit adnumeranda.  
De E. *acerino* observavi, illud in juventute pal-  
lide viride, subglabrum, incrustationi cuidam  
non absimile esse.

### 76. RACODIUM.

Expansum, molle, filis dense intertextis pan-  
num referens.

R. *aluta*, compactum cinnamomeum.

Intra arborem cavam, quam totam investiit,  
inventum.

R. *cellare*, late expansum mollissimum nigrum.

Hab. in cellis vetusta vinaria dolia intus ob-  
tegens.

( Duæ hæ species a Dom. Heyder. benevole  
mihi sunt donatae.)

R. *rupestre*, compactius durum nigrum rupi-  
bus adnatum. ( Ad rupes passim provenit. )

### 77. BYSSUS.

Subvanescens indeterminata, filis intricatis.

*Obs.* Huc pertinent Byssi illæ subterraneæ aut  
locis suffocatis crescentes forma determinata  
non instructæ. Nisi vitam brevem et fugacem  
respicias, cujus vero in vegetabilibus tam sim-  
pli-

plicibus ad ea melius distinguenda omnino ratio est habenda. Byssum *digitatum*, *plumosam* et *speciosam* Humb. (Flor. Frib. specim.) generi *Himantiae* esse admittendas Byssumque *Penicillum* et *minimam* Scop. nec non alias situ erectas et basi coadunatas sub genere *Dematio* militare posse credo. Sed forte et aliis differunt characteribus hæ cryptarum incolæ, mihi ipsi hucusque non obviæ, ut certi quid de iis judicem



INTERPRETATIO  
I C O N U M.

---

T A B. I.

- FIG. 1.** *a.* Spumaria *Mucilago*, magnitudine et habito naturali, caulem ambiens.  
*-- b.* Thecæ duæ seorsim pictæ, stipitibus parti membranæ subjacentis adnatæ, lente auctæ.  
*-- c.* Pars thecæ horizontaliter et perpendiculariter dissecta, ut *pulvis filaque* inclusa appareant, adhuc magis amplificata.

*Fig. 2.* Acyria *albida* ad lentem adaucta.

- a.* Thecæ circumscissæ pars infera s. *calyx-culus*, cui insidet *capillitium*.

*Fig. 3.* Trichia *rubiformis*, lente aucta.

- a.* Thecæ integræ. *b.* *Capillitium*, theca irregulariter (*c*) rupta, elastice sese expandens.

*Fig. 4.* Stemonitis *papillata*, cujus nonnulla individua ætate, et statu diversa sub lente sunt exhibita.

- a.* Plantula integra cortice cincta.

- b.* Cortex evanescens per partes ruptus.

*Fig. c. et d.* *Capillitium nudum*, cortice orbatum, stipitem cingens eique affixum.

- e.* *Stipes* penetrans capillitio evanescere denudatus.

*Obs.*

*Obs. Ex improviso stipitis apex nimis prominulus repræsentatus est.*

*Fig. 5. Cribaria rufescens lente aucta.*

— a. Planta junior integra.

— d. Cortex ad dimidium evanescens.

— c. Capillitium reticuliforme expansum.

— b. Pulvis spermaticus subconglobatus, reticulo ambiente destitutus.

*Fig. 6 Physarum aureum a. quoad magnitudinem naturalem.*

— b. Theca integra subgranulosa et

— c. c. binæ ruptæ, in quibus fila observantur, lente auctæ sunt propositæ.

## T A B. II.

*Fig. 1. Puccinia juniperi in ramo Juniperi sabinæ proveniens, magnitudine naturali diversaque ætate repræsentata:*

— a. Juveniles convexæ. b. Adultæ conicæ.

— c. Decumbentes subgelatinosæque, pulvere croceo obsitæ. C. Una seorsim lenteque aucta picta.

— D. Adulta plantula lente aucta, hujus

— E. Apice diagonaliter dissecto, ut situs clavularum exhibeatur.

— F. Hæ clavulæ sejunctim sub Microscopio composito conspicuæ redditæ.

*Fig. 2. Physarum hyalinum magnitudine naturali.*

*Fig. 3. Sub lente propositum.*

— a. Bina, quorum thecæ adhuc sunt integræ.

*Fig. b. Thecæ plures ruptæ, ut situs flororum visum subeat.*

— c.

— c. *Pulvis* spermaticus niger dispersus.

*Fig. 4.* *Xyloma salicinum*, quoad magnitudinem naturalem diversumque statum.

— a. Individuum minus adultum.

— b. Adultum, cuius *perithecium* jamjam rumpi incipit, adhuc tamen clausum.

— c. *Perithecio* superne dehiscente, *frustula* poliædria inter se distant.

— d. *Semina* in auras elastice evolantia.

### T A B. III.

*Fig. 1.* *Puccinia Polygoni.* *Fig. 2.* *P. Juniperi*

*Fig. 3.* *P. graminis* *Fig. 4.* *P. Circææ.*

*Fig. 5. a. b.* varietates *P. mucronatæ.*

*Obs.* Cum magnitudine et forma naturali inter se vix differant: in præsentia de hisce speciebus solummodo singulorum bina individua, quomodo se se sub microscopio composito monstrant, ob spatii compendium in medium proferri necessarium duxi.

*Fig. 6. a.* *Isaria agaricina*, in parte Agarici putridi parasitica, magnitudine naturali.

— b. c. Duæ seorsim pictæ lenteque augmentatae.

*Obs.* De his figuris monendum est, quod magnitudo naturalis justo minor est proposita sc̄epe tres lineas longa inventur; sic quoque pulvis, s, glebulæ nimis distincte adspersæ repræsentatoæ, nam ceteroquin plus de pilis divergentibus videre est.

*Fig. 7.* *Sclerotium lacunosum* a integrum et b. in diametro G Fig.

*Fig. 8. Singularem illum Agaricum (racemosum,) cuius in descriptione mentio facta est, exhibet.*

*Fig. a. Stipes pileo destitutus.*

— *b. Junior fungus.*

— *c. Pedicelli laterales capituliferi.*

— *A. Pars hujus fungi lente adacta.*

— *B. Pileus resupinatus, ut lamellæ conspicue fiant.*

*Fig. 9. Botrytis cinerea quoad habitum naturalem.*

*Fig. 10. Bina hujus speciei specimina sejunctim et lente augmentata exhibita. a. Glebulæ farinaceæ.*

*Fig. 11. Ascobolus glaber lente auctus.*

— *a. Thecis e cupula prominulis.*

— *d. Cupula, thecis jam dissilientibus denudata.*

— *b. Theca seorsim c. eadem lente magis adacta.*

*Obs. Icon jam æri incisa fuit, quin eam secundum observationem in hunc fungum autumno præterito institutam exactiore reddere possem. Forma enim thecæ seminumque numerus et situs alio modo, uti jam supra est annotatum, sese habent.*

*Fig. 12. a. Mitrula Heyderi, quod formam naturalem, folio pini increscens.*

— *b. Lente aucta et c. perpendiculariter dissecta.*

*Fig. 13. a. Stilbospora macrospora in formam globosam (st  pe vero oblongam) e cortice profluens.*

— *b.*

— --- b. Pars hujus materiei lentæ sub microscopio composito exhibita.

## T A B. IV.

*Fig. 1.* Erineum pyrinum folio adnascens.

--- b. Cespitus, lente adactus.

--- c. Filum seorsim magisque amplificatum propositum.

*Fig. 2.* Dematium articulatum (a.) habitu naturali.

--- b. Fasciculi ætate diversi lente aucti.

*Fig. 3.* Repræsentat magnitudinem naturalem.

*Fig. 4.* Stemonitidis pupillatæ. et

— b. Formam vulgarem c. Varietatem confluente Thrichiae rubiformis.

*Fig. 4.* Diderma globosum in folio gregarie proveniens

*Fig. 5.* Plura hujus speciei individua ad anatomen redacta, lenteque aucta.

— a. In duobus speciminibus cortex exterior adhuc illæsus, qui in vicinis partim ruptus.

— b. Cortice externo remoto, internus adhuc integer appetet pulverem in nucleus arcte ambiens.

— c. Hocque rupto, fila pulvisque conspicuntur.

— d. Stylidium globosum denudatum conspectum subiens.

— e. Theca cum partibus internis perpendiculariter dissecta.

*Fig. 6.* Pars Odontiae niveæ.

*Fig. 7.* Eadem lente aucta.

G 2

Fig.



*Fig. 8.* Pars infera Fistulinæ *Buglossi* nondum explicatae lente valde aucta; tubis subglobosis aut obconicis.

*Fig. 9.* Pars hujus fungi jam maturi mediocreiter amplificata; tubis oblongis teretibus.

-- a. *Tubi liberi s. inter sese non connati*

-- b. *Hi perpendiculariter dissecti.*

-- c. *Semina tuborum parieti interno adhaerentia.*

*Obs.* *Dum de hoc, equidem haud raro, fungo plures jam prostant icones, solummodo de parte tubulifera aliquid pingendum curavi, ut diversitas a boletorum genere ob tubos liberos demonstretur. In figura octava perspicuitatis ergo tubi justo magis a se invicem remoti sunt propositi, naturæ enim conformes arctæ se adtingunt, et ut plurimum magis connivent.*

## SUPPLEMENTUM.

## SPHÆRIA.

b. *Sphœrulis periphœricis.* (pag. 2.)

*S. fragiformis*: gregaria subconfluens rubiginosa: intus atro-nitens, sphœrulis subprominulis. Sphœria *fragiformis*, periphœrica gregaria rubiginosa, sphœrulis subprominulis papillatis: carne compacta nitente-nigra, *Annalen der Botanik. St. II. pag. 21. Tab. 2. fig. 5.* (ad trun-  
cos fagi.)

*S. argillacea*: subrotunda sparsa argillacea: intus nigrescens, sphœrulis prominentibus pa-  
pillatis.

Sphœria *argillacea*, periphœrica argillacea; sphœrulis prominulis papillatis: carne nigres-  
cente-fusca *Annal. l. c. p. 23.*

*S. fusca*: difformis subconfluens fusca: intus subconcolor, sphœrulis umbilicatis subpro-  
minulis.

b. *cribræsa*: subrotunda nigrescente fusca ni-  
tida, sphœrulis prominentibus.

Sphœria *fusca*, periphœrica, sparsa difformis,  
subdepressa fusca, carne subconcolore, sphœ-  
rulis subprominulis umbilicatis. *Annal d. Bot.*  
*l. c. p. 22. T. 2. f. 3.* (prov. ad ramos exsiccat.

*Oxiacanth.. Coryli, fagi. b. parum minor, for-  
ma magis regularis; colore multo obscurior;  
sphœrulae, etiam umbilicatæ, magis prominent.)*

*S. ribesia*: erumpens mollis subdepressa nigra:  
sphœrulis dissectis albicantibus.

Sphæ-

*Sphæria ribesia*, erumpens periphærica mol-  
lis nigra, sphærulis dissectis albicantibus. *An-*  
*nal. l. c. p. 24.* ( freq. in ramis exsiccatis *Rubis*  
*rubri*. Ob peculiarem sphærularum naturam una  
cum *Sph. natante* Tod., cui affinis, nonnullis-  
que aliis speciebus distinctum genus non ma-  
le efficere potest. )

c. *Sphærulis sparsis stromati forma varia*  
*immersis.*

*S. podoides*: conferta dura inæqualis, ostiolis  
spinulosis rugosis ad latera ut plurimum erum-  
pentibus.

b. minor convexa, superficie laevis.

*Sphæria podoides*. *Annal. de Bot. l. c. p. 28.*  
( prov. vix alibi, quam ad trunco et radices de-  
nudatas et exsiccatas *Quercum*. )

d. *Sphærulis subconvergentibus, in stromate*  
*manifesto subconico latitantibus.*

*S. leucostoma*: erumpens sparsa, disco truncato  
albido, poris nigrescentibus perforato.  
*Sphæria leucostoma*. *Annal. l. c. p. 23.* ( prov.  
in trunco arido *Pruni* domest. et *cerasi*. *Sph.*  
*niveæ Hoffm.*, in ramis *Populi* *Tremulæ* ob-  
viae, quoad colorem, similis. )

h. *Sphærulis solitariis, stromate destitutis.*  
( pag. 4. )

★★ Ostiolo elongato spinuloso.

*S. barbata*: simplex ( epiphylla ), ostiolis spi-  
nulosis clavatis, apice in fibrillulas dissectis.

*Sphæria barbata*, simplex epiphylla, sphæ-  
rulis nudis basi pilis radiantibus cinctis; ostio-  
lis spinulosis clavatis; apice in fibrillulas palli-  
das sectis *Annal. l. c. p. 24. Tab. 2. fig. b. a. e.*

*S. Gnomon*: simplex ( epiphylla ), sphærulis  
nu-

nudis ut plurimum collapsis ostiolisque clavatis glaberrimis. *Annal. l. c. Tab. 2. fig. 6. b. et f.* (Tempore hyemali in foliis Coryli Avellanæ frequens.)

\*\*\* Ostiolo simpliciter prominente s. papillato.

*S. hirsuta*: simplex sparsa, sphærulis subinmersis comicis, pilis densis rigidis obsitis.

*Sphaeria hirsuta*, simplex conferta, sphærulis papillatis, pilis densis subrigidis obsitis, tomento nigro insidentibus. *Annal l. c. p. 24.* (Tomentum crustæforme vero hac in specie ut plurimum deest, et, ni falor, potius aliam ad *Sphaeriam*, alio tempore describendam, pertinere videtur.

Prov. ad ligna quercina putrescentia, puncta adusta e longinquo repræsentans.)

*S. Pulvis*: simplex congesta, sphærulis tuberoso-rugosis, transversim sulcatis. — *Annal. d. Bot. l. c. p. 27.*

Frequens in sylv. ad truncos. (*Sphaeria pulveracea Ehrh.* ob superficiem læviorem diversa videtur.)

\*\*\*\* Sphærulis 'astomis.

*S. punctiformis*: sparsa (epiphylla) punctiformis: sphærulis umbilicatis — *Annal. d. Bot. l. c. p. 26.*

Hab. copiose ad folia quercina arida, hinc nigro-punctata; caveas vero, ne puncta quædam nigra in macula alba, 3—4 lin. lata, insidentia, simulque hand infrequeenter in folio quercino arido obvia, pro nostra sphæria, aut pro

pro fungillo quodam sumas, hæc enim ab insecto quodam orta videntur.

*S. maculæformis*: epiphylla subimmersa, sphærulis minutis subrotundis in maculam nigrām inæqualem conglomeratis.

*Sphæria corylea* et var. *b. conglomerata* in *Annal. d. Bot. l. c. p. 26. Tab. 2. fig. 6. c. d.* (Freq. in variarum arborum foliis siccis, ex. gr. *Coryl. Avell.*, *Acer. pseudopl. Ulmi camp.*, *Fag. sylvat.*, *Sphærulæ maculam 2-3 lin. latam nigrescentem intra foliorum venas provenientes* sistunt.)

*S. Pustula*: sparsa epiphylla, pustulæformis rufescens, intus gelatina compacta nigrescente. — *Annal d. Bot. l. c. Tab. 2. fig. 7. b.*

Copiose ad folia quercina, in terram dejecta, observatur. Singularis hæcce species capsula analoga destituta videtur, hinc *Stilbosporis* affinis.

#### XYLOMA. ( pag. 4. )

\* *Compositum* s. ubi plura perithecia in unum corpus connata sunt.

*X. salicinum* ( Sph. epiphylla *Wigg?* *Hall. helv. tab. 47. fig. 8?* ), *acerinum*.

\*\* *Simplex*, s. perithecia solitaria ut plurimum orbiculata, pezizœ- aut punctiformia.

*X. pezizoides*: simplex sparsum orbiculare nigrum: disco pallido, margine erecto crenato.

*Peziza comitialis* *Batsch* *Pez. viridis*, acaulis disco viridis margine nigr. *Bolt. Funguss. Tab. CIX. fig. I?*

*X. fagineum*: minutum confertum, atro-nitens, medio subuplicatum. non

Non infreq. in foliis fagineis exaridis, puncta nigra nunc sparsa, nunc conglomerata repræsentans. *Perithecia* hactenus nondum dehiscentia observavi.

## G E A S T R U M. ( pag. 6. )

*G. rufescens.* Adde synonymum : *Lycoperdon volvam reflectens ore dentato Schmidel Ic. Tab. XLIII.* ( color vero nimis rufus) et *Tab. L. fig. 1 — 4.* ( var. minor.)

*G. quadrifidum.* Adde synonym. : *Lycoperdon fornicatum*, *volva quadrifida fornicata*, capitulo glabro: ore obtuso ciliato. *Huds. fl. Angl.* p. 644.

*Obs.* Nomen : *pileus* in hocce genere et ple-  
risque ordinis secundi generibus adhibitum in  
terminum : *Peridium commutatum* velim; vide  
hac de re *Observat. mycologicæ Pars I.* p. 2.

## L Y C O P E R D O N. ( pag. 7. )

*L. echinatum*: turbinatum pallide umbrinum,  
verrucis spinosis: spinulis crassis distantibus.  
*Lycoperdon echinatum*, turbinatum ex cine-  
reo umbrinum; verrucis conicis magnis: spi-  
nulis crassis distantibus. *Annal. d. Bot. St.* 11.  
p. 28. ( passim in faginetis, radiculis longis fi-  
brosis foliis aridis ramulisque adhæret.)

*L. umbrinum*: turbinatum, subumbonatum,  
demum obscure umbrinum: verrucis tenui-  
bus subspinulosis. *Annal. d. Bot. l. c.* ( in pine-  
tis.)

## F U L I G O. ( pag. 8. )

*F. rufa.* Add. synonym. : *Mucor septicus. Flor.*  
*Dan.* *Tab. 778.* *Mucor carneus. Schäff.*  
*Fung. Tab. 195?*

## PHYSARIUM. ( pag. 8. )

*Ph. hyalinum*. Add. synonym.: *Sphærocarpus utricularis*. *Bull. Camp.* pag. 128. *Tab. 417.* fig. 1. ( ob stipitem , pro ratione , longum subrufescens , et peridium lævem album a *Ph. cinereo* satis diversum. )

## TRICHIA. ( pag. 9. )

*Tr. Botrytis*: fasciculata stipitata fusca : stipibus elongatis connatis subracemosis. ( *Trich. Botrytis* p. 9. ) *Trichia brevissime petiolata* purpurea pyriformis. *Hall. Helv.* *Tab 48.* f. 5.

b. minor subsimplex obscure fusca.

*Tr. rubiformis*; fasciculata chalybea; stipibus connatis brevissimis. ( *Trich. rubiformis* p. 9. )

b. minor, rubrofusca, pulverulenta.

## STEMONITIS.

*St. atro-fusca* ( pag. 11 ) adde:

b. nigra. *Stemonitis nigra* in *Gmel. Syst. Nat. Lin. T. 2. p. 1467.* ( adhuc semel eam in *Salice cava quadam* inveni; et non distincta species videtur. )

## TRICHODERMA.

*Tr. roseum*. ( pag. 12. ) add. synonym.: *Trichodermia rosea Hoffm. Bot. Taschenb.* 1795. *Tab. 10. fig. 1.*

## CONOPLEA.

*Fila persistentia in formam distinctam compacta, intus pulvere referta.*

*C. sphœrica*: gregaria subconfluens, fasciculis sphœricis subgranulosis nigrescente-olivaceis.

De-

*Dematiūm sphēricūm. Annal. d. Bot. St. XVIII. p. 25.*

*C. cylindrica*: sparsum subcylindricum obscurere fuscum.

Hab. ad culmum *Arund.* *Phragm.* in sterqui-  
liniis, hyeme, aut tempore vernali;  $1\frac{1}{2}$ —2 lin.  
long. lin. 1. crassa; pulvis seminalis copiosus pa-  
riter fuscus.

*C. hispidula*: sparsa minuta, filis divergenti-  
bus rigidis hispida.

Vere frequens in paludosis, foliis gramineis  
adhærens. Mecum quoque a celeb. *Roth.* sub  
nomine: *Sphæria hispidula* benevole communi-  
cata: primo obtutu Sphæriæ cuidam exacte  
similis.

*Obs.* Pulvis spermaticus in genere: *Trichoderma*, tomento tenui evanescente superne te-  
ctus, ejusque species forma indeterminata ef-  
fusa sese exhibent, quod in hocce non obser-  
vatur. Ob formam filorum pulverem copio-  
sum respectu aliorum fungillorum byssideo-  
rum, quamvis ad horum ordinem melius re-  
ferendæ, continentium, cum *Dematiis* non con-  
jungi possunt *Conopleæ*. Hujus forte gene-  
ris est *Mucor araneosus Jacq.* *Misc. Tom. 2.*  
*Tab. 20.*

ÆCIDIUM. (pag. 12.)

*Æ. crassum*: subeffusum crassum aurantium.

(Æcid. evonymi in *Gmel. Syst. Nat. Lin.* p.  
1473; prov. in foliis et petiolis *Rhamni Fran-  
gulæ*.)

*Æ. Anemones*: simplex, peridiis cylindricis  
prominulis, ut plurimum dentatis, pulvere

albido ex toto repletis. *Annal. d. Bot. St. 20.*  
p. 135.

b. ore integro.

AEcidium *Anemones* in *Gmel. Syst. Nat. Lin.*  
*l. c. Lycoperdon Anemones. Pultney in*  
*Transact. of the Linnean. Soc. V. 2. p. 311.*  
Hab. in foliis languescent. *Anemones nemorosæ.*

AE. *punctatum*: simplex, peridiis subinmersis: ore subconnivente, pulvere compacto fuscescente. *Annal. d. Bot. l. c. p. 135.*

b. ore prominente subdentato.

AEcidium *Anemones. Hoffm. Bot. Taschenb.*  
*1795. Tab. II. Fig. 1.*

Provenit rarius in foliis languescentibus *Anemones ranunculoides* vere; Folia e longinquo quasi fusco-punctata.

#### UREDO. (pag. 13.)

\* *Pulvere sub foliorum epidermide proveniente.*

U. *Anemones*: majuscula subovata, (epidermis) rima longitudinali dehiscens; pulvere copioso nigrescente. *Annal. d. Bot. l. c.*  
Hab. tempore vernali in foliis *Anemones nemorosæ.*

\*\* *Pulvere in plantarum floribus parasitico.* (Ustilagines.)

U. *segetum*: pulvere copioso nigro, in graminum spiculis proveniente.

A. *Hordei*: pulvere sublatitante. *Tessier. Malad. des Grains. p. 306. Fig. 2 – 4.* (Pseudoperidium subellipticum, rugulosum est.)

n. *Tritici*: Lycoperd. Tritici. C. *Bierkander*  
in

in Act. Suecic. Ann. 1775. pag. 326.

c. *Avenæ*: effusa. Tessier. Traite des malad. des Grains.

p. 336. Reticularia segetum Bull. Champ.  
p. 90. Tab. 472. fig. 2.

*Obs.* Primo obtutu in primis in var. a. quisque cum *Bullardo* aliisque asseveraret, pulvrem *filiis* intertextum *peridioque* cinctum esse, verum ex accuratiore indagine instituta apparabit, quod fibrillulæ a seminibus in pulverem solutis ortæ fuerint, et quod *gluma*, tam insigniter extensa, tegumenti formam coloremque argenteum assumserit.

U. *Tragopogi*: pulvere copioso fusco in *Tragopogi* receptaculis.

Hab. non infrequens æstatis initio intra calyces *Tragopogi* pratensis.

U. *violacea*: pulvere purpureo violaceo.

Ad antheras in floribus languescentibus: *Silene nutanti* eam observavi.

#### ORDO QUARTUS. ( pag. 16.)

##### P I L O B O L U S.

*Vesicula* hemisphærica nuda, *receptaculo* stipiformi hydrophora imposita elastice desiliens.

P. *crystallinus* Tode Fung. Mecklenb. select. Fasc. I. p. 41.

##### T H E L E B O L U S.

*Receptaculum* cupulare integrum; *vesiculam* fusiformem ejiciens.\*

Th. *stercorius*. Tode fung. Mecklenb. Fasc. I. p. 41. T. 7. f. 56.

## S P H A E R O B O L U S.

*Receptaculum* subglobosum, radiatim demum fissum, *vesiculam* rotundam elastice protrudens.

Sph. stellatus. *Tode Fung. Mecklenb. Fasc. I.* p. 44. *Lycoperdon. Carpobolus Lin. Micheli gen. pl. Tab. 101.*

## C Y A T H U S , S E U N I D U L A R I A B u l l i a r d .

*Receptaculum* infundibuliforme primo velo membranaceo clausum *vesiculas* lentiformes foveas.

*Pezizæ lentiferæ Linn. Mich. Nov. gen. pl. Tab. 102.*

## O R D O Q U I N T U S . ( pag. 17.)

*Lytothecium. : Receptaculum* varium, membrana fructificans in *laticem*, aut *pulverem* ut plurimum solutum.

## T Y M P A N I S .

*Receptaculum* cyathiforme sessile primo velo tectum; *discus* in pulverem faticens. \*

T. saligna *Tode Fungi Mecklenb. select. Fasc. I. T. 4. Fig. 37.*

## C A L I C I U M .

*Receptaculum* scyphiforme, ut plurimum stipitatum, *discus* prominens pulverulentus.

\* *Capitulo hemisphaerico.*

C. sessile: acaule.

Sphærocarpus sessilis. *Ehrh. Pl. cryptog. De-*

*Decr. 32. nr. 320.* (Passim ad caud. *Fagi* sylv.; totum nigrum.)

*C. turbinatum*: subelongatum rigidum: ore connivente.

Passim cum priore. *Color* ater subnitens. *Stipes* breviusculus. *Scyphulus* turbinatus; *discus* subinconspicuus.

*C. pallidum*: pulverulentum albidum: disco ochraceo.

*Calicium pallidum*, crusta pulverulenta albida; scutellis (*scyphulis*) pallidis. *Annal. d. Bot. St. 7. p. 20. Tab. III. Fig. 1. et 2.*

*Mucor fulvus*, perennis, pallidus, pileo fulvo Linn. *Syst. vegetab. Ed. XIV. p. 982?*

*C. salicinum* *scyphulis* subvelatis nigrescente-umbrinis.

*Calicium salicinum*, crusta parca pulverulenta albida, scutellis nigris, subtus olivaceo-cinereis *Annal. d. Bot. l. c. Tab. III. Fig. 3.*

Provenit in salicibus cavis frequens, nonnunquam ad latitudinem insignem. Huic affinia et forte modo subspecies sequentia sunt.

*C. quercinum*: *scyphulis* infundibuliformibus nigrescente-cinereis.

In rimis caudicis querquum annosarum crescit.

*C. abietinum*: tenue nigricans, *scyphulis* subcylindricis: disco pulveraceo longe prominente.

Prov. in truncis et ramis exaridis *Pini Abies*. Discus hocce fungillo valde prominet, et magis in pulverem, filis quasi inter se cohærentem, quam in consimilibus speciebus solutus.

*C. viride*: crusta glebulosa virescente, scyphulæ nigris: stipite longo flexili. — *Annal. d. Bot. l. c.*

Ad corticem *Pini* et *Quercus* passim. An crusta ei sit solemnis, haud determinare velim.

★★ *Capitulis subglobosis.*

*C. furfuraceum*: flavo virens, crusta farinacea concolore.

*Mucor furfuraceus*, perennis viridis, foliis (?) furfuraceis; stipite filiformi, capitulo globoso. *Linn. Syst. veg. pag. 982. — Batsch. El. Fung. Cent. I. p. 267. Fig. 178.*

*C. subtile*: stipite subdiviso gracili nigrescente, capitulo subcinereo.

Prov. rarissime ad trunco siccis quercinos. Præ cæteris subtile, et oculo inermi vix distincte observable, capituli forma cum antecedente convenit.

*Obs.* Cum plurimi plantarum scrutatores hæc vegetabilia inter fungos enumerare non dubitarunt, cum quibus re vera, tum substantia habituque, tum crescendi more ex. gr. in truncis vel plane aridis, vel in locis arborum adhuc vivarum e mortuis, ubi solum fungi crescere solent, convenient, et quidem modo vago et indeterminato, nec societati quadam, ut ita dicam, *Lichenum leprosorum* fructibus solemni, conjuncta, ea quoque lubentius inter fungos recipere vellem. Subiculum quodam seu crusta in nonnullis hujus generis speciebus negari haud potest, verum hoc in non paucis aliis fungis quoque reperitur. Et in certitudini omnino locus adhuc datur, numne hæcce crusta interdum forte quædam *Lepræ* species sit;

in-

inprimis si in caudice quercuum observatur; haec arbores enim, in primis annosae, praे omnibus aliis majorem talis naturae vegetabilium numerum nutriunt.

Quæ divisionem secundam efficiunt species ob capitulum globosum ab aliis primo obtutu valde differre videntur; verum receptaculum, quamvis parvum, omnino adest, et *discus* solummodo, intus farctus, in formam globosam tam insigniter prominere videtur.

#### VOLUTELLA.

*Receptaculum* (stipitatum) hypocrateriforme membranaceum; *discus* punctato-umbilicatus resinosus.\*

*V. volvata* et *nuda*. *Tode Fung. Mecklenb.*  
*Fasc. I. p. 28. 29.*

#### MYROTHECIUM.

*Receptaculum* sessile cupulaeforme ut plurimum villosum; *discus* subgelatinosus resinosus.\*  
*Myrothecia Tode Fungi l. c. p. 25—27.*

#### TUBERCULARIA.

*Receptaculum* subobsoletum stipitiforme; *discus* subrotundus compactus, humectatus fluxilis.

*T. vulgaris* Tode. (*Tremella purpurea Lin.*)



*Obs.* *Leotiae* genus huic ordini (pag. 17) quidem a me adnumeratum, verum secundum ac-

curatiū examen institutū melius ad ordinem sequentem post *Helvellas* translocari potest. Vid. *Annal. d. Bot. St. XVIII.* pag. 9. Eodem loco, nec non in parte prima *Observationum mycologicarum* p. 7. de *Phallo* differentiam genericam emendatam dedi ad eām de *Castrho*, post: anastomosantibus, addi potest: cancellato: latice diffluente.

### ORDO SEXTUS. (pag. 18.)

*Hymenothecium*: membranā seminifera s. *Hy-  
menium* ex thecis liberis, aut inter se con-  
natis constans, expansum persistens *recepta-  
culo* totum adnexum.

### CORINUS.

*Pileus* membranaceus fugax, *lamellæ* dein (nigrescentes) liquecentes.

\* *Majores, lamellis congestis subæqualibus.*

*C. comatus*: gregarius, pileo conico squamo-  
so albido: squamis flavescentibus, lamellis  
congestis primo albido-purpurascensibus,  
dein nigris.

Provenit passim in fmetis, frequentius lo-  
cis graminosis, est Ag. *fimetarius* Auctorum.  
*Flor. Dan. Tab. 834.* (annulus submobilis).

*C. plicatus*: cespitosus, pileo campanulato pli-  
cato sub squamuoso cinereo; lamellis con-  
fertis nigrescente-fuscis.

Frequens in pagis ad sepes, ad latera viarum  
Ag.

*Ag. ovatus* *Curt. Lond. Tab. 101.* *Ag. fuscescens* *Schœff. Fung. T. 17.* et *Ag. fugax* *Ejusd. l. c. T. 67.* et *68.* *Ag. plicatus* *Lightf. Fl. Scot. T. 2. p. 1023.* (*Stipes* deorsum annulatus. *Pileus* ex cinereo fuscescens, margine demum lacerus.)

*C. ferrugineus*: cespitosus, pileo campanulato sulcato ferrugineo, lamellis nitidis primo roseis, dein cinereis, tandem nigrescentibus.

Autumno ad trunco*s* in sylvis, etiam passim in hortis ad terram. *Ag. digitalis* *Batsch. El. Fung. Tab. 1. f. 1.* *Ag. truncorum* *Schœff. Fung. Tab. VI.* *Ag. deliquescens* *Bull. Tab. 437. fig. 1.* (*Stipes* nudus, et pro more hujus generis albidus. Forte melius ad sequentem ordinem referendus.)

\*\* *Minores, lamellis distantibus inæquilibus.*

*C. pulcher*: pileo planiusculo hemisphærico pliato subcinereo: sulcis latiusculis cæsiis.

Prov. passim in hortis, locis graminosis. *Ag. plicatus* *Curt. Lond.* *Ag. stellaris* *Gunn. Fl. Norw. Tab. VII. fig. 8. A. C.?* (Substantia valde tener; Lamellæ remotæ, nigrant.)

*C. radiatus*: gregarius minutissimus, pileo primo campanulato; disco ochraceo, dein planiuscula radiatim fisso.

Copiose in fimo equino autumno in sylvis.

*Ag. radiatus* *Bolton Funguss. Tab. 39.*

*Obs.* Si pilei lamellarumque naturam respiciamus, hæ enim partes, uti hoc cum membrana fructificante nonnullorum fungorum e præcedenti ordine fieri solet, sub maturitatem in liquorem nigrescentem seminibus refertum solvuntur, tunc *Coprini*, si solum hocce modo

rem consideremus, omnino ad ordinem quintum amandandi essent; verum forma himenii, qua cum sequentibus generibus conveniunt, prohibet, quo minus haecce naturalis fungorum lamellatorum familia dilaceretur.

## LACTARIA.

*Pileus carnosus depresso, Lamellæ (non-nullæ subramosæ) lactescentes.*

\* *Pileo albido.*

*L. piperata*: infundibuliformis albida: lamellis congestis pallescentibus. (Succus lacteus, valde acris.) Solummodo in faginetis, non in pinetis, provenit.

Agar. *piperatus Linn.* Ag. *lactifluus acris. Bull. Champ. Tab. 200.* Ad hancce divisionem etiam pertinet: Ag. *dulcis*, stip., pileo convexo albo lactescente, lamellis albis, stipe longo albido. *Huds. Fl. angl. p. 614.*

\*\* *Pileo rubescente aut pallido.*

*L. pallida*: subcespita, pileo umbilicato viscoso palido, lamellis stipiteque elongato dilutioribus.

Hab. passim in faginetis. Ag. *incarnatus p. 23.* Color parum ad incarnatum intendit; pileus vetustus minus viscosus.

*L. lateritia*: pileo umbilicato subaurantio: zonis virescentibus, lamellis succoque aurantiis. Frequens in pinetis. *Amantia lateritii* coloris croceo succo turgens. *Dill. Cat. pl. giess. p. 174.* Ag. *deliciosus Schæff. fung. 174.* et *Linnæi?* Ob succum sapore acerrimum non equidem

dem deliciosa essé potest hæcce species.

*L. torminosa*: pileo incarnato subzonato marginē involuto villoso.

Passim in sylvis et ad eam marginē, locis arenosis, autumno. Agar. torminosus Schæff. Fung. Tab. XII. Ag. necator Bull. Tab. 529. fig. 2.

\*\*\* *Pileo griseo.*

*L. opaca*: pileo subrugoso, e fuliginoso livido; lamelis flavescentibus.

Prov. in sylvis. Variat pileo plus minusve depresso, colore ad olivaceum, aut fuscentem tendente, stipite pallido, aut albo. Huc spectat Ag. acris Bolt. Tab. 71. et Ag. deliciosi var. b. Catsch. El. Fung. Fig. 68. Ag. lactifl. plumbeus Bull. Ch. Tab. 282.

*L. Xylophila*: pileo depresso-plano stipiteque dilute griseis, lamellis candidis.

Hab. frequens in sylvis ut plurimum ad latera truncorum aut in eorum vicinitate. (Pileus nitidus, olivaceo-cinereus, subviscidus obsolete zonatus; succus albus acris.)

*Obs.* Si pileus rumpatur, et lamellæ parum modo irritentur, mox liquorem lacteum ut plurimum acrem fundunt, qua in re cum nonnullis perfectioribus plantis congruunt hi fungi; et quod mihi inter alia ansam dedit, ut eos sub peculiari genere a ceteris disjungerem Agaricis. Sed forte quispiam mihi objiciet, hoc tantum in recentibus fungis locum obtinere! Verum nonne omnes notæ characteristicæ, quibus species a speciebus distinguuntur, solummodo in fungis adhuc vegetis, in primis si carnosí sunt et facile in putredinem abeunt, quærendæ?

Ru-

## R U S S U L A.

*Pileus carnosus*, ut plurimum depresso, *lamellæ* longitudine æquales.

*Agaricus integer* Lin. *Agar. pectinaceus* Bull. Champ. Tab. 509. Vid. *Observat. Mycolog. P. I.* p. 100-105.

## A M A N I T A.

*Volva* radicalis manifesta; *pileus* carnosus ut plurimum verrucis obtectus; *lamellæ* oblan-  
ceolatae.

\* *Stipite apice nudo.*

A. *livida*: pileo subumbonato, plano livido,  
lamellis stipiteque longo candidis.

Prov. in faginetis passim et in pinetis jam  
mature post multas pluvias. *Agar. vaginatus*  
*Bull. Champ. T. 512.* *Ag. plumbeus Schæff.* cum  
pluribus varietatibus aut subspeciebus quoad  
colorem plus minusve intensiorem, quas b. vir  
sub diversis nominibus, ut distinctas proposuit  
species.

A. *spadicea*: pileo umbonato fragili spadiceo,  
lamellis candidis, stipite pallescente.

b. pileo colore dilutiore, lamellis stipiteque  
candidis.

Hab. in quercetis. Hujus loci *Agar. badius* et  
*fulvus Schæfferi Fung. Tab. XCV. et CCXLV.*  
(Antecedente minor et tenerior; pileus utplu-  
rimum campanullatus.)

A. *virgata*: *Agar. virgatus* pag. 18. *Ag. volva-  
ceus* Bull. Champ. Tab. 261. An. *Agar. bom-  
bycinus Schæff. Fung. T. XCIVIII?*

\*\* *Stipite basi volva manifesta, apice annu-  
lo instructo.*

A.

*A. candida*: tota candida , pileo convexo.

Crescit haud infreq. in fagin. et pinet. Ag. bulbosus Schäff. Tab. 241. (etiam descriptio) nostrum repräsentat fungum, sed nescio, quare rufescens delineatus sit. Ag. bulbosus vernus Bull. ob pileum infundibuliformem omnino diversa videtur species.

*A. citrina*: pileo stipiteque citrino lamellis albis.

Variat pileo glaberrimo, frequentius vero verrucis latissimis obsito : Agar. *Mappa Autorum* Ag. citrinus Schäff. Tab. XX. color modo paruum est obscurior.

*A. viridis*: pileo convexo ut plurimum nudo obscure viridi , lamellis stipiteque albis.

Rarior observatur in sylvis , locis arenosis. Agar. *Phalloides*. Bull. Champ. Tab. 2. Vaill. Bot. Parisiense Tab. XIV. f. 5.

\*\*\* *Stipite basi volva oblitterata, apice annulo cincta, verrucæ in pileo æquales.*

*A. muscaria*: (potius *formosa* : ) pileo aurantio-rubro nitido: verrucis, lamellis, stipiteque candidis.

Bene semper in pinetis solum , rarius in faginetis crescit. Ag. muscarius Lin. Schäff. *Fung. Tab. 28.*

*A. umbrina*: pileo planiusculo fuligineo-ochraceo, verrucis lamellis stipiteque albidis.

Hinc inde in faginetis. Ag. maculatus Schäff. *Fung. Tab. XC.* Pileo planiusculo et colore inamoeno opaco facile dignoscitur.

*A. rubescens*: pileo convexo opacorubescente; verrucis confertis lamellisque albīs, stipite pileo subconcolore.

In

In quercketis passim, et in faginetis non infrequens.

Ag. pustulatus Schœff. *Fung. Tab. XCI.* Statura Am. *muscariae*, verrucæ minores sordide albæ. Stipes subsquamosus.

*Obs.* Non solum toto habitu pulchriore, nec non magnitudine a ceteris fungis lamellatis se se manifeste distinguunt *Amanitæ* species, sed et *volva* iis tantum solemnis huc usque observata, quæ in duabus anterioribus familiis fungum inexplicatum laxe involvit, pileus hinc aut totus nudus, aut *verrucis*, volvæ reliquiis, latis inæqualibus dein obsitus in una eademque specie invenitur; hocce involucrum vero in divisione posteriore stipiti pileoque arctius adnatum est, quo verrucæ et plures et forma magis distinctæ superstites sunt, volva e contrario in stipitis basi in particulas furfuraceas rupta.

In nonnullis *Coprinis* s. *Agaricis* simetariis *annulus* etiam stipitem tam inferne cingit, ut volvam mentiatur, verum pileum non totum circumdat, sed pro suo more ejus margini solum adhæret, hinc in his et aliis fungis annulatis verrucæ veræ perperam queruntur. Ratio, quare in quibusdam *Coprini* speciebus *annulus* tam humilem in stipite occupet locum, hæcce videtur, pileus nimirum respectu aliorum tunc longissimus est et margine strictus, nec involutus, et, fungo nondum explicato ad stipitem vi annuli est adstrictus, dein, dum sese explicat, aut annulum, hinc mobilem factum (in *Agarico procero Scop.* hoc etiam obtinet), in altum secum trahit, aut eum in inferioris stipitis parte relinquit.

AGA-

## AGARICUS.

Evolvatus; *Pileus varius, lamellæ inæquales, immutabiles, arescentes, stipes annulatus, velatus, nudus.*

A. Pileo orbiculari integro carnoso, s. substantia in medio pilei lamellas crassitudine plus minusve æquante.

a. *Stipite annulato. Lepiota.*

b. *Stipite velato, s. annulo in fila arachnoidea fisso. Bombycinus.*

c. *Stipite nudo. Agaricus. ( ob majorem specierum numerum. )*

\* *Pileo convexo.*

\*\* *Pileo umbilicato aut infundibuliforme.*

B. Pileo membranaceo tenui substancia ubique æquali, margine sulcato, stipite nudo ut plurimum fistuloso. *Mycena.*

\* *Pileo convexo.*

\*\* *Pileo umbilicato.*

C. Pileo dimidiato, lamellis e latere divergentibus. *Pleuropus.*

\* *Stipitati, s. ad latus stipitem exserentes.*

\*\* *Acaules.*

*Obs.* Nonnullas species ut exempla pro unaquaque familia singulisque divisionibus jam in tractatione ipsa protuli. Etiam lubens hocce genus in plura divisissem, nisi ex ingenti Agaricorum numero in nonnullas incidissem species, de quibus ratione pilei, plus minusve carnosæ aut membranacei, integri aut subdividiati; et quoad annulum distinctum aut veliformem, tandem ob velum manifestum persistens, aut fungo vix evoluto, fugacissimum ancesps hæsi, quibus generibus eas optime ad-

numerarem. Cum vero talium difficultatum non paucæ in aliis plantarum generibus locum etiam obtinent, hujus rei disceptationem ulterioribus adhuc relinquam observationibus.

## BOLETUS.

*Pileus manifestus, subtus tubulosus, tubi integrati connati.*

A. *Pileo pulvinato molli a tubis facile se disjungente.*

B. *Pileo compacto carnoso aut suberoso tubis arcte adnato.*

B. *infundibuliformis:* pileo suberoso-carnoso infundibuliformi ex albido fuliginoso; poris albidis, stipite deorsum incrassato nigrescente. — pag. 27. (in faginetis ad terram.)

B. *Menalopus:* pileo umbilicato obscure fuligineo subtenui, poris pallescentibus, stipite tenuissimo cylindrico toto nigro. (Prov. passim in versuris agrorum, rarer in sylvis, ad ramulos subjacentes.)

\*\*\* *Pileo dimidiato acauli.* (pag. 28.)

B. *lutescens:* subcespitosus suberosus, pileo depresso tenui tomentoso pallido: fasciis hirsutis lutescentibus — *Annal. d. Bot. St. 11.* p. 29. (Ad truncos fagineos.)

B. *velutinus:* suberosus simplex, pileo conve-  
xo tenui hirsuto, albo; poris minutis sor-  
dide albis. — *Annal. d. Bot. l. c.* (Ad truncos;  
rarer imbricatus, passim subdepressus, an-  
teced. hirsutior.)

B. *ochraceus:* imbricatus suberosus, pileo sub-  
tomentoso deorsum tuberculoso fulvo; poris  
minutis ochraceo-pallidis *Annal. l. c.* (Vere  
et

et autumno in sylv. ad truncos fagi. *Var. b. populinus*, major, pileo zonato, dilutiore, ad trunc. Pop. Trem. non infreq. observatur.)

## PORIA. (pag. 29.)

*P. vaporaria*: tenuis pallescente-albida, poris magnis inaequalibus laceris. — *Annal. d. Bot. l. c. p. 30.* (Ad ligna cariosa in vaporariis passim.)

*P. incarnata*: late effusa incarnata, laevis; poris minutis inaequalibus subobliquis. — *Annal. d. Bot. l. c.* (Ad trunc. abiet. in Hercinia passim.)

*Obs.* Hujusce generis species naturæ equidem haud disconvenienter subdivisione propria *Boletis* adnumerari posse, fateor, verum cum in hac dispositione formam partium essentialium mutatam, harumque situm respicio, instituto meo ut fidus remaneam, mihi sic procedendum foret. Hoc quoque valet de genere *Odontia*, *Craterella* aliisque.

Hydnus *Auriscalpium* (pag. 29.) ob pileum dimidiatum, quem Rev. b. *Lightfoot* (Fl. Scot. t. 2. p. 1142.) passim et integrum observavit, proprius ad secundam referendum divisionem. — De genere *Hericio* ampliores extant observationes in *Commentatione de fungis clavæ-formibus*. Lips. 97.

## CRATERELLA. (pag. 33)

*Pileus* integerrimus infundibuliformis, subtus in *Hymenio* simplici (efigurato) semina portans. K 2 G.

*C. cornucopioides*: cespitosa, pileo membranaceo, squamuloso.

a. *nigrescens*, nigrescente fuliginea. —  
Pag. 33. Pez. *cornucopioides* Lin. Elvula cornucop. Schœff. fung. Tab. 165.

b. *purpurascens*, e cinereo purpurascens.  
*Elv. punctata* Schœff. fung. T. 166.

c. *cinerea*, tota cinerea, squamulis in pileo majoribus. (In Quercetis.)

*Obs.* An quoad colorem distinguenda species? c. parum minor, sursum magis dilatata et recens etiam cinerea, quemnam colorem solum exsiccata assumere solet.

#### HELOTIUM. (pag. 33.)

*Obs.* Quamvis *Hel. hirsutum* Tode ob pileum hirsutum, quoad analogiam, et *Hel. cucullatum* (Elv. *cucullata* Elench. fung. C. 1. p. 189.) secundum accuratum cel. Batschii examen in inferiore pilei parte semina proferunt, ulterius tamen inquirendum, non quoad habitum consimiles fungi *Helvellarum* ad instar in superficie superiore semina portent nec ne; saltem in *Hel. aciculari* aut in specie quadam ei affini hocce autumno pileolum Pezizarum more observavi primo subconcarum dein convexum inmarginatum, verbo *resupinatum*. Et si hoc in plerisque detectis, aut detegendis, speciebus accideret, tales fungi ad subordinem secundum prope *Helellas* omnino amandandi essent.

PE-

## PEZIZA. (pag. 33.)

*Receptaculum* (cupula) substantia varium, ut plurimum hemispherico-concavum, marginatum, in disco levissimo semina gerens.

e. *Cupula tota glabra.*

P. *epiphylla*: sparsa sessilis glabra convexo-plana, ochraceo rufa: margine laevi. — *Annal. d. Bot. St. 11. p. 30* (Passim in foliis putrescentibus fagineis autumno.)

P. *Herbarum*: gregaria subsessilis, rufescente pallida, cupula crassiuscula, primo concava dein planiuscula. — *Annal. d. Bot. l. c.* (Prov. autumno et vere ad stip. et caules arid. herb. major. freq. Cupula fere sessilis, pro ratione crassa, dein subapplanata; margine sub prominente  $\frac{1}{2}$  — 1 lin. lata.)

*Obs.* Pez. *gelatinosa* *Bull.* (Champ. T. 460. f. 2.) ut *Synonymum ad. P. succina* p. 34 verum non ad *p. inquinans* pertinet. — Pag. 35. loco Pez. *Hedwigii* veterius nomen: Pez. *ciliata* *Bull.* Champ. Tab. 438, fig. 1. adhiberi debet; plura de hacce specie adhuc extant synonyma, quae alio loco adducam.

Nonnullæ species ex ultima tribu non solum ob substantiam duram, coriaceam, nec non quoad locum natalem a reliquis differunt Pezizis, verum earum thecœ inter se, uti hoc in *Lichenum scutelis* locum obtinet, plane connatæ videntur, hinc seminula in disci superficie neque distinctæ ex. gr. pruinæ ad instar observantur, nec more elasticō protruduntur. An hinc ab aliis Pezizis sub proprio genere potius disjungendæ sunt hæ species?

So-

## SOLENIA. (pag. 37.)

*Receptaculum* (tubulus) acaule *membranaceum* rigidum ut plurimum cylindricum.

*Obs.* An hocce ad genus quoque sequentes referenda sunt species?

*Peziza urceolata.* Vahl. in *Fl. Dan.* *Tab. MXVII.* *Fig. 3.*

*Peziza cuticularis.* Dicks. *Pl. cryptog. Brit.* *Fasc. 3. p. 22. Tab. 9. Fig. 10.*

---

De generibus: *Spathularia*, *Mitrula*, *Geoglossum* et *Clavaria* amplius disserui in *Comment. de Fung. Clavæform.* ex qua nova illic proposita et ad hoc forum attinentia genera deligere velim.

## GOMPHUS.

*Incrassatus*, *truncatus*, *teres*, *latere plicato-venosus*, *pileus oblitteratus*.

*Merulii clavæformes*, qui vero ad propriam antecedentis subordinis familiam: *B. hymenio venoso* referendi sunt.

## ACROSPERMUM.

*Clavariæ gelatinosæ*, aut *Tremellæ clavæformes*.

## MERISMA.

*Clavariæ coriaceæ s. suberosæ*, apice pilosæ.

## PUCCINIA.

*Capitula conglomerata e tereti subturbinata*, *septulis distincta*, *caudis matrici arcte adnata*.

*Obs.*

*Obs.* Hocce genus quoad habitum et crescenti modum *Aecidiis*, et *Uredinibus* simile, forte melius hisce cum fungis in unum conjungendum est ordinem; cum capitula forsitan *sporae s. seminula* proprius sunt, antea peridio cuidam tenuissimo evanescente inclusa.

#### ISARIA. (pag. 42.)

Erecta simplex furcatim que divisa, pulvere farinaceo aut pilis densis obsita.

*Obs.* Quoad locum genus: *Botrytis* sequi debet.

#### ASPERGILLUS.

Erectus, *fila* moniliformia recta divergentia, stipitem simplicem ramosumque terminantia.

*Obs.* Pag. 42. loco: *racemosa*, nigrescens, legge: *racemosus* albicans et loc. fig. 6, leg. fig. 4 — Forte Aspergilli, ut *familia* peculiaris modo generi *Mouilie* subjici debent.

#### TORULA.

Acaulis, *fila* moniliformia intricata, indeterminata effusa.

Vide *Annal. d. Bot. St.* 18. p. 25. — Hujus loci Aspergilli n. 6, et 7. *Michelii Nov. Gen. Pl.* p. 213. *Tab.* 91. *Fig.* 6. et 7.

#### DEMATIUM.

*Fila* erecta lævia ramosa subrigida in fasciculos conglomerata.

D. *aureum*, pag. 43. De hacce specie duæ dantur varietates:

a. *molle*, intertextum fulvum, apicibus in primis molle.

b. *strigosum*, rigidum divergens, fulvo-griseum.

(*Prov.* non infrequens ad truncos, s. ligna humida in domiciliis. Huc pertinent: *Bissus fulva* *Huds. Fl. Angl.* pag.

606. et *Byssus* n.g. *Mich. Gen. pl. p. 211.*)

\*\* *Molliora cespitem latum efformantia.*

- D. *Hippocastani*: cespitosum late effusum nigricans: superficie sparsim bullata. — *Annal. d. Bot. St. 11. p. 32.* (Prov. hyeme.ad caud. Aescul. Hippocast., locis læsis cortice destitutis.)
- D. *Herbarum*: effusum compactum olivaceum: superficie lævi pulverulenta. — *Annal. l. c.* (Hab. temp. vernali freq. ad caul. aridas diversarum herbarum; primo dilutius viride, in primis fila prominentia.)

*Obs.* Ob formam filorum intricatorum indeterminatam effusam forte melius hujus divisionis species ad genus *Byssus* referendæ sunt,

HIMANTIA. (pag. 43.)

*Repens*, subvillosa ramosissima.

H. *albida*, add. Synonymum: *Byssus candida*, filamentis ramosissimis: ramis fasciculatis albidis. *Huds. Fl. Engl. p. 60. Lightf. Scot. p. 1004. Dill. Hist. Musc. p. 7. Tab. 1. f. 15. A.* (Prov. hyeme in primis intra fol. decidua saginea etc.; adest. *Var. maior*, crassior, subglabra in trunc. putresc. proveniens, que forte distincta hujus aut *Rhizomorphæ* generis species est.)


RACODIUM. (pag. 45.)

R. *cellare*: add. Synonym. *Bissus septica var. B.* *Huds. Engl. p. 607 Raj. Synops. p. 57. Dill. Musc. 6. T. 1.?* R. *rupestre*: add. Synonym. *Bissus nigra Huds.* — *Leers Herb. n. 1006. byssus petræa v. Wulsen.* Winterbelustigungen in den Schriften d. Ges. Naturf. Fr. in Berl. T. 8. p. 101. *Dill. Musc. Tab. 1. fig. 18. An vera Byssus antiquitatis Lin.?* Vid. *Mantiss. Alt. pag. 510.*

FINIS




Est. I.




R.F.


UNIVERSIDADE DE QUÍMICA  
BIBLIOTECA  
INSTITUTO BOTÂNICO




*Est. 2.*



*R. Sc.*















*Est. 4.*

*Fig. 1.*



(W.S.)

